DE LATINITATE B. HIERONYMI

OBSERVATIONES

AD NOMINVM VERBORVMQVE VSVM

PERTINENTES

CONSCRIPSIT

C. PAUCKER

EDITIO

ADJECTO INDICE AVCTIOR

CENTVM DECEM EXEMPLIS EXPRESSA

BEROLINI
MDCCCLXXX
APVD S. CALVARY EIVSQVE SOCIVM.

DE LATINITATE B. HIERONYMI

OBSERVATIONES

AD NOMINVM VERBORVMQVE VSVM

PERTINENTES

CONSCRIPSIT

C. PAUCKER

aliam expositionem prudentibus quibusque ex istis coniciendam et contemplandam relinquens
(Rufin.)

EDITIO

ADJECTO INDICE AVCTIOR

CENTVM DECEM EXEMPLIS EXPRESSA

BEROLINI

MDCCCLXXX

APVD S. CALVARY EIVSQVE SOCIVM.

№.....

Revaliae. Typis descripsit J. H. Gressel.

CONSPECTUS.

I.

NOMINA

	Pag.
deriuatiua in -io	5
-us	25
— denominatiua	26
-ura et -or	27
-ela	29
t-or (s-or), -rix	29
-tas	35
-tudo, -edo	39
-o masc.	40
-men, -mentum	40
-ia	42
-ies	45
-ium	45
or-ius	47
-alis (-elis, -ilis) uel -aris, et -arius	48
-osus	52
-ax	53
-icus	53—55
-eus, ĭnus (-nus), -aceus uel -icius denom.	70
-aneus	72
-anus. -īnus (-ensis)	73 sq.
deminutiua	55
-ulus uerb.	58
-us, -uus, -is, -ĭlis uerb.	60

Pag.
-iuus 61
-icius uerb. 62
-bilis 62
-bundus 65
participia nominaliter usurpata ac declinata 67—70
composita: figuratiua 75
praepositiua 77
Reliqua de nominum ac pronominum quorundam usu . . . 78

II.

VERBA

denominatiua 92
intensiua 95
inchoatiua 96
compositicia 97
praepositionibus adaucta . . . . 98—143
Reliqua de usu uerborum 143

III.

Rufini usus in comparationem adhibitus 154

Exempla uocum ac dictionum
A quas Hieronymus non uidebatur adhibuisse 156
B quas contestificatur Rufinus . . . . 164—174

Hieronymi scripta temporum eius linguae, cuius is auctor ac testis est locupletissimus, proprietatis omnis accuratius dignoscendae causa sedulo perlegentes, cum ad uerborum compositionem intenti tum ad ipsa quoque uerba, operam dedimus, ut omnes enotaremus adhibitas ab Hieronymo uoces deriuatiuas n o u i c i a s. Nouicias autem dicimus uel, ut consueuimus, r e c c. quasi siglo designamus eas, quaecunque in literis latinis post Hadriani demum tempora nobis quidem innotescunt, licet in consuetudine aliquanta pars earum fuerit iam antea. Conquisitas per genera digestas in l a t e r c u l o s redegimus.

In his laterculis uocum distinguere quodammodo conati tempora ipsis literarum formis, eas uoces, quae a n t e f i n e m t e r t i i p. C. s e c u l i (h. e. inde a Gellio, Appuleio . ., sed ante Arnobium, Lactantium, scriptores historiae Augustae) in literis agnoscuntur, forma literarum n o n m u t a t a scripsimus, harum tamen eas, quas apud T e r t u l l i a n u m, ecclesiastici eloquii quasi informatorem, exstare sciebamus, literis d i d u c t i s. Porro eae, quae inde a b e x e u n t e s e c u l o I I I comparent apud scriptores, *obliquis* literarum formis expressae sunt, quas inter *d i d u c t i s* conspicuae sunt eae, quarum H i e r o n y m u s ipse auctor nobis est inter coaeuos p r i m u s, ut ceteris, apud quos inueniuntur (utputa apud Rufinum, Augustinum), natu certe maior, quas uoces peculiaribus Hieronymi connumerare interim liceat. Denique eas uoces, quarum Hieronymus nobis auctor est siue omnino siue inter contemporaneos quidem, quantum adhuc in comperto est, s o l u s, literarum formis distinximus paulo **pinguioribus.** Seorsum adiunctae sunt

nouiciarum laterculis singulis eae uoces per se non nouiciae, quarum in significatione uel omnino usu aliquid nouatum atque a consuetudine priorum discrepans deprehenditur, ad quas idem ille distinguendi tempora per literarum formas modus pertinet, ita ut u. c. 'confiteri eccles.' significet, uocem eo modo, quo apud ecclesiasticos scriptores accipitur uel construitur, ut: Christum confiteri, iam apud Tertullianum adhiberi, 'principaliter *al.*', aduerbium hoce alia atque apud priores significatione a quibusdam seculi IV scriptoribus (licet eos non nominatim indicemus) usurpari. Ceterum in huiusmodi interdum minus curiose inter id quod Hieronymi ipsius et id quod seculi, quo uixit, peculiare est distinximus.

Voces ab Hieronymo adhibitas ex eo numero, quae in Sacrae Scripturae translationis ueteris antehieronymianae reliquiis inueniuntur nouiciae, quas H. Roensch V. D., de his studiis benemerentissimus, in libro inscripto Itala und Vulgata composuit (S. S. uet. uel S. S.), in laterculos non retulimus, nec magis fere uoces desumptas e uersione uulgata (Vulg.) ab Hieronymo facta uel retractata, cum ille quod ad uerborum delectum attinet correctoris magis quam reformatoris partes egerit. Quo quid me compulerit, exemplo subostendam. Nimirum nostratium quoque ecclesiae doctorum scripta et contiones, si in literas mittuntur, linguae sui temporis sunt ueracissima in futurum monumenta fontesque purissimi, modo quis quaecunque deriuata sunt e S. S. ante CCCL amplius annos translata sedulo secreuerit: u. c. uox Heilsaneignung est illa quidem linguae seculi XIX, quamuis non consuetudinis communis, at 'das ist je gewisslich wahr' iam minime est seculi XIX, quantumuis tritum praedicatoribus quibusdam. Nihilominus illarum quoque uocum delectum quendam per singula fere genera subadiecimus. In his quoque, si uox diductis expressa est literis, significatur esse eam iam apud Tertullianum.

At enim non nouiciis et modo natis tantum constat peculium linguae alicuius, sed eis quoque uocibus, quae pridem natae tum

demum quasi adultae tandemque ciuitatem adeptae per ora uigebant aut reuigebant. Ergo earum quoque delectum adiecimus uocum, quas siue iam apud argenteae latinitatis scriptores, rarius tamen comparentes (*pA**), siue etiam apud antiquiores illis (*u*) uel adeo apud antiquissimos (*pr*) emergentes, dein neglectas uel obsolcfactas, siue inter ueteres apud poetas siue solos (*p*) siue praecipue (ut *p*, *Plin.*, *p*, *pA*) adhibitas per Hieronymum simulque fere per coaeuos illius tum communi receptas fuisse cognoscimus usu.

Quoties lectorem ad ante editas reuocare cogimur nostras ad lexicographiam latinam symbolas, hisce utimur siglis: **A** = Addenda Lexicis Latinis, Dorpati 1872, Glaeser; — **B** = Subindenda Lexicis Latinis e V potiss. p. C. seculi scriptt. (Mélanges gréco-romains de l'Acad. Imp. des Sciences de St. Pétersbourg tome III p. 399—458); — **C** = Subrelicta Addendorum Lexicis Latinis, Dorpati 1872 p. 1—32; — **D** = Spicilegium Addendorum Lexicis Latinis, Mitauiae 1874 (paucula quaedam exemplaria prostant Berolini ap. S. Calvary & Soc.); — **HA** = De Latinitate scriptorum historiae Augustae meletemata ad apparatum uocabulorum spectantia, Dorp. 1870; — Scrut. uel Scr. = Subrelictorum Lexicographiae Latinae Scrutarium, Reualiae 1879 (exemplaria nonnulla prostant Berolini ap. S. Calvary & Soc.); — **1** = Beiträge zur lateinischen Lexicographie und Wortbildungsgeschichte I (Mél. gr.-rom. de l'Ac. etc. t. III p. 459—95); — **2** = Subrelicta Add. Lex. Lat. ps. II p. 1*—28*; — **3** = Beitr. z. lat. Lexicogr. etc. III (Mél. gr.-rom. etc. t. III p. 599—687); — **1*** = Zusätze zu 'Beitr. etc. I, II', Dorp. 1873; — **3*** = Nachtr. zu 'Beitr. z. lat. Lexicogr. etc. III', Dorp. 1874 (exemplaria quaedam reliqua prostant Berolini ap. S. Calvary & Soc.); — **4** = Ergänzungen zum latein. Lexicon I (Zeitschrift für österr. Gymnasien 1873 p. 331—45); — **4*** = Nachtrag (I) zu 'Erg. z. lat. Lex. I'

*) Quod siglum hic etiam Liuium et Vitruuium complectitur.

(ib. p. 506—8); — **4**** = Nachtr. II zu 'Erg. z. lat. Lex. I' (ib. 1874 p. 565—76); — **5** = Ergänzungen z. lat. Lexicon II (ib. eod. p. 97—105); — **6** = Erg. z. lat. Lex. III (ib. p. 106 —118); — **7** et **8** = Addendorum ad 'Erg. z. lat. Lex. I—III' Subrelicta I, II (ib. 1875 p. 163—66—77; — **7*** p. 165 sq. n. 1, **8*** p. 172—5 n. 4); — **9** = Ergänzungen und Berichtigungen zu Georges 'Lateinisch-Deutsch. Handwörterbuch 7 Auflage' (proditurum in eisdem Annalibus); — **a** = Anhang zu 'Beiträge z. lat. Lexicogr. etc. I—III nebst Nachträgen', Dorp. 1875; — **b** = Meletemata lexistorica (I), Dorp. 1875 (pauca quaedam exemplaria prostant Berol. ap. S. Calvary & Soc.); — **c** = Meletemata lexistorica altera, Dorp. 1875 (cuius in parte II continetur index in omnia suprascripta, exceptis HA, Scrut. et 9).

In uoce asterisco praenotata non de ipsa per se tota agitur, sed de aliqua eius significatione. Vox, cui l(oco) s(uo) adscriptum est, quaerenda est in laterculo sui generis.

Nomina

in **-io** uerbalia: **abactio**[1], **ablactatio**[2], ablatio[3], *abnegatio*[3a], *abominatio*[4], **absconsio**[5], *accensio*[6], **accinctio**[7], *adapertio*[8], 10 adhibitio *al.*[9]), **aggeniculatio,** *aggrauatio*[10], *allisio*[11], **amplexatio**[12], **annumeratio, antepassio,** *appensio*[13], *apprehensio*[14], benedictio[15], 20 circumcisio[16], *circumdatio*[17], *circumuentio*[18], **coangustatio** (**C** p. 26), **coargutio,** *combustio*[19], *comminutio*[20], commixtio[20a], **comparticipatio** (**D**), compassio[21], 30 **complacitio**[22], *completio*[23],

---

1) in Jerem. comm. I ad 5, 15 sqq. 2) quu. hebr. in Genes. 21, 14, Vulg. ib. uers. 8. 3) in Jer. II ad 10, 20 tentorii, in Sophon. 1, 4 post impiorum ablationes a facie terrae, in Joel 1, 19 sq. al. 3*a*) ep. 121, 13. 4) in Eccl. 7 col. 443 Vallars., plur. in Ezech. comm. II ad 6, 9 sq. 'displicebunt sibi in uniuersis abominationibus suis' al. 5) nom. hebr. col. 23 al., Vulg. (sed part. perf. absconditus, ut in Abac. II ad 3, 4, nusquam absconsus). 6) in Ezech. XIV ad 45, 10 sqq. lucernae, postt. 7) quu. hebr. in Gen. 30, 10 sq. al. 8) ut nom. hebr. col. 42 al., Vulg. 9) in Ephes. III ad 5, 6 cruciatuum. 10) in Ezech. VIII ad 27,25 'quae glorificatio fuit aggrauatio possidentis', postt. 11) in Ezech. I, ad 1, 4 'eam (nubem) imbres euersionum super Judaeam pluuiasque allisionum portare', Vulg., Isid. 12) in Abac. prol. 'Abacuc interpretatur amplexus, siue, ut significantius uertamus in graecum, perilepsis, id est amplexatio' (**2**). 13) nom. hebr. col. 46, in Dan. 5, 25 (**D**). 14) in Ezech. III ad 8, 3 'pars comprehenditur capillorum, quia totius apprehensionem capitis humana natura non sustinet', Macr., al. scrr. med. postt. 15) ut in Is. VIII ad 27, 9 al. 16) ut adu. Jouin. I, 11 et saepe. 17) in Ezech. IX ad 28, 13: 'omnis lapis pretiosus operimentum tuum' siue colligatio tua et circumdatio, Vulg., Aug. (**3*** p. 5). 18) Vulg. Eph. 4, 14 et Hier. ad l. 19) in Is. II ad 4, 4, III ad 9, 6 al. (**4**). 20) in Is. XIV ad 51, 6 al. (**B** et **3**). 20*a*) in Is. XV ad 57, 1 al. 21) ep. 112, 12 'quae ibi dicuntur compassione misericordiae, non simulatione fallaciae' (Tert. res. carn. 3: compassio sententiarum et familiaritas opinionum, ib. 40), Coel. Aur. (Scr. p. 30), Prisc. (compassio συμπάθεια). 22) nom. hebr. col. 69 c. siue placentia al. (**9**). 23) in Abac. I ad 2, 5 sqq. de completione auxilii Dei, in Jer. IV ad 22, 10 sq. al., Vulg. (**4***).

compugnatio[24]), *conculcatio*[25]), condemnatio[26]), confabulatio[27]), *confixio*[28]), *conflatio* (**3*** p. 19), *confoederatio*, **confortatio**[29]), 40 *confractio* (**2** et **c** p. 65), **consessio**[30]), *constipatio*[31]), **consutio**[32]), contaminatio[33]), contristatio[34]), *conuictio* (conuincere)[35]), coruscatio[36]), *crucifixio*[37]), *dealbatio*[38]), 50 *deceptio*[39]), defaecatio[40]), delineatio[41]), **deosculatio**[42]), **depompatio**[43]), *depraedatio*[44]), *desolatio*[45]), **desponsio**[46]), **detrusio**[47]), deuoratio[48]), 60 **dictatio** (et *meton.*)[49]), *dilaceratio*[50]), dilatatio[51]), dilectio[52]), **dilutio**[53]), discretio[54]), di-

24) in Ezech. XI ad 38. 25) in Is. VII ad 22, 4 sqq. dies iudicii.. et conculcationis al., Vulg. (ceterum cf. Rönsch Itala p. 70). 26) saep., ut in Jerem. V ad 26, 20 sqq. in condemnationem accusatorum, in Ezech. IX ad 29, 8 sqq. 27) ep. 82, 7 'arbitror eum assidua confabulatione et quotidiano Latinorum consortio Romanum non ignorare sermonem', 32, 1 epistolicae confabulationis, 44, 1, in Matth. II ad 15, 32 et saep. (confabulari ep. 54, 13, — Plaut., Ter., Varr. fr.). 28) in Ezech. II ad 7, 23 καθήλωσιν id est confixionem, Aug., Cass., Coel. Aur. (Scr. p. 21). 29) in Zach. II ad 8, 13 sqq. 30) in Soph. I, 4 sqq. 31) in Ezech. VII pr. occidentalium fuga et sanctorum locorum constipatio al. 32) in Ezech. hom. 3, 4 'disrumpit consutiones nequissimas', Ps. Soran. (**D**). 33) in Is. VII ad 23, 8 sq. al., Vulg. 34) in Is. XVIII ad 66, 15 sq. 35) in Osee I ad 3, 3 ἐλεγμοῦ id est conuictionis (**D** n. 29). 36) in Matth. II ad 14, 17 ante passionem Saluatoris et coruscationem Euangelii fulgurantis, in Jer. II ad 10, 12 sqq. al. 37) in Gal. III ad 5, 24 carnis Dominicae, Prosp., Auit. 38) in Ezech. VIII ad 27, 4 sq. Libanus interpretatur candor siue dealbatio al. 39) in Abac. I ad 2, 5 sqq. 'diabolus omnium gentium deceptione laetatur', in Is. VII ad 22, 2 haereticorum deceptionibus al., Vulg. (et s. S. S. uet.), Mart. Cap., Cod. Theod., Coel. Aur. 40) nom. hebr. col. 38. 41) nom. loc. hebr. col. 123: facta ueteris Judaeae delineatione ac diuisis tribuum sortibus, atque in his ut in picturae delineatione metropolis Jerusalem et templi insculpta imagine. 42) **C** p. 8. 43) adu. Rufin «II, 31» col. 488 A. 44) in Is. VI ad 13, 6 sq. 'uenit a Domino depraedatio, quam nos uastitatem diximus' (Lact.), Aug., cod. Just. 45) in Is. VII ad 23, 15 sqq. post desolationem terrae Aegypti al. 46) q. desponsatio adu. Jouin. I, 3 in hac desponsione Christi (resp. 2 Cor. 11, 2: despondi uos uni uiro..), gloss. lat. gr., al. Coel. Aur. 47) in Is. «VIII ad 24, 22». 48) in Matth. III ad 26, 51 impietatis et deuorationis sacerdotum, in Ezech. hom. 4, 7, nom. hebr. col. 105 al. 49) ut in Ez. VIII pr. 'quid aliis prosit in prophetas nostra dictatio, Dei iudicii est', Ennod., Cassiod. (**3** p. 614). 50) Vulg. Naum. 3, 1. 51) in Ez. X ad 31 in. in dilatatione arbustorum suorum, Vulg., intpr. Orig. in Sam., Aug., Oros., alii (Vitr. e. coni.). 52) saepe, ut in Gal. III ad 5, 22 'dilectio non quaerit quae sua sunt, sed quae aliena' (e 1 Cor. 13, ubi est caritas), ep. 98, 24 'frigus odiorum dilectionis calore commutent' al. (**3**). 53) c. Ioann. 5: **9**. 54) adu. Lucif.

spersio[55]), disseminatio, dissertio[56]), **dolatio** (**2**), 70 *ebullitio* (**4**), **edissertio**, *effeminatio*[57]), **efferatio**[58]), **efflatio**[59]), **enutritio**, eradicatio[60]), *exacerbatio* [1]), exaltatio[62]), *exauditio*[63]), 80 **excerulcatio**[64]), *excommunicatio*[65]), **excussio**[66]), *exhilaratio* (**4**), **expansio**[67]), *exspoliatio*[68]), *exsufflatio*[69]), extensio[70]), **extorsio**[71]), *falsatio*[72]), 90 *fixio* (cf. 48)[73]), **floritio**, *foederatio*[74]), *fruitio* (**C** p. 10), geniculatio, *glorificatio*[75]), humiliatio[76]), illatio[77]), **illisio**[78]), illuminatio[79]), 100 **illuuio**[80]), **immemoratio, impactio**[81]), **imperturbatio** (ἀπάθεια), *impletio*[82]), incantatio[83]), *incarnatio*[84]),

---

22 palearum et frumenti al. (**D** p. 269). 55) in Ezech. II ad 5 in. 'populus.. gladio, captiuitati ac dispersioni traditur', in Ier. II ad 10, 21 al. 56) in Eccl. 3 col. 408 latiorem super his dissertionem lectoris ingenio derelinquens, in Gal. I ad 1, 14, ep. 48, 16 al. (Gell.), interpr. Orig. in 1 Sam. 57) in Naum 3, 13 sqq. in effeminationem animae suae al. 58) in Dan. 13, 7 septem anni efferationis eius (regis Nabuchodonosor), 4, 23 al. 59) adu. Iouin. II, 12 al. (**C**). 60) in Amos I ad 1, 6 sqq. al. 61) ep. 106, 67: legite Ezechiel, et inuenietis παραπικρασμός irritationem et exacerbationem semper expressum (Vict. Petau.), alii (**2**). 62) chron. Eus. col. 38 exaltationes siderum, ep. 65, 9 'forma serui passionis iniuria est, et exaltatio nominisque donatio ad Patrem redit', in Ez. IX ad 30, 1 sqq. iactantia et exaltationes al. (Cypr., Th. Prisc.,) Paul. Nol. et freq. eccl., Chalcid. 63) nom. hebr. col. 16, in Osee I ad 2, 20 sqq., Vulg. 64) in Naum 3, 1 (ἐξαυχενισμός). 65) adu. Rufin. II, 21 al. 66) nom. hebr. col. 71 'excussio, quam Graeci ἔκκρουμα uocant' al., Vulg. (**2**). 67) in Ez. V ad 16, 27 manus Dei, Arn. iun., C. Aur. 68) adu. Iouin. I, 38 al. (**2**). 69) in Malach. 1, 10 sqq. 'exsufflastis uestra sacrificia, id est exsufflatione mea digna fecistis' (**4**). 70) ep. 36, 16 manuum, in Abac. I ad 2, 5 sqq. 'superbia in extensione colli et ceruicis erectione monstratur', in Is. XII ad 44, 24 sqq., *al.* q. productio (syllabae) in Tit. «3, 9», cf. extensus nom. loc. hebr. col. 134 al. 71) in Matth. «I ad 8, 30 sq.» necessitatis (i. quod extorquetur necessitate). 72) adu. Rufin. II, 18 al., intpr. Iren. 73) in Ezech. hom. 1, 5 in tabernaculorum fixione (**4**). 74) ep. 117, 2 'mater et filia.. uincula naturae, secunda post Deum foederatio' (**5**). 75) Did. sp. sct. 38, in Ezech. VIII ad 27, 25 (n. 10) al. 76) adu. Iouin. II, 15 al., Vulg. 77) in Ez. VIII ad 27, 21 'Arabia et principes Cedar.. Tyri nundinas hac illatione multiplicant' (.. Nouat. cib. Iud. 2: diuinae legis congruens et spiritalis illatio, Arn.), al. Val. ap. Vop., alii (**4**). 78) ep. 43, 3 'nauis scopulorum illisionibus perforata', 98, 13 dentium al. 79) in Ezech. hom. 11, 1 'si quando illuminatione indiguimus scientiae Dei, nunc.. necessarie indigemus', in Is. hom. 2, 1 al. 80) in Ioel. 2, 1 sqq. inundatione maris aut illuuione fluminum. 81) in Matth. II ad 15, 12. 82) Aug. in Ioann. tr. 17, 13. 83) in Is. II ad 3, 3 'omnis sermo apostoli contra serpentes et aspides incantatio est', III ad 8, 19 al. 84) adu. Iouin.

inchoatio[85]), **incircumcisio**[86]), increpatio[87]), [110] indigestio, **indisciplinatio**[88]), *indiscretio*, **ineruditio** (Vulg.), innouatio[89]), insecutio[90]), inspiratio[91]), *insufflatio*[92]), insultatio[93]), intinctio, [120] *iussio*[94]), *lacessitio*[95]), *manifestatio*[96]), *minoratio* (**2**), *mundatio*[97]), mussitatio[98]), obiectio[99]), oblatio[100]), **oblatratio, obuersio,** [130] **offirmatio**[101]), opitulatio[102]), ostensio[103]), participatio[104]), parturitio[105]), *pausatio* (**5**), perditio[106]),

---

II, 30 Christi, in Is. III ad 9, 6 ab incarnationis tempore in sempiternum al., alii (Hilar. Trin. II, 33 Dei). 85) ut chron. Eus. col. 35 'luminaria duo in firmamento coeli, ut luceant super terram ad inchoationem diei et noctis' (Hil. in ps. 118, l. 10, 6, sed et S. S. uet. bis). 86) in Jer. II ad 9, 26. 87) in Is. XIII ad 50, 2 'ad increpationem Domini desertum fit mare', in Ez. V ad 16, 52 subiacere increpationi, reg. Pachom. 18, 48 al., Vulg. 88) Os. 7, 16 ap. Hier. in Is. XVIII ad 65, 6 sq. cadent propter indisciplinationem linguae eorum (Vulg. a furore linguae suae), Cassiod., Euagr. u. Ant., alii. 89) in Eph. I ad 2, 15 sqq. al. 90) chron. Eus. col. 35. 91) in Is. VI ad 15, 3 sqq. 'omne dogma contrarium ueritati, quod absque inspiratione Dei de humano sensu in erroris tenebris nascitur' al. 92) c. Ioann. 15, 18, 22 al. (**4***). 93) transl. (**a** p. 14) in Ez. VIII ad 26, 1 'Tyri pro insultatione eius et gaudio munimenta destruxit' al. 94) in Zach. I ad 5, 5 sqq. Domini iussione, reg. Pachom. 112, 114, c. Ioann. 25 et saep., Vulg. 95) nom. hebr. col. 84 lacessiones (!), Amm. 96) ep. 64, 19 al. (**c** p. 13). 97) in Luc. h. 18 'ut pro mundatione eius sacrificium oblatum est' (ceterum et «S. S. Luc. 5, 14 Rehd.»). 98) in Eccl. 7 col. 446 'ad mussitationem serui iracundia commouebatur', in Mtth. III ad 26, 8 sqq. al. 99) adu. Rufin. III, 42 criminum. 100) in Is. XII ad 43, 22 sqq. 'non exegi a te oblationes nec tura quaesiui', adu. Lucif. 5 al., Vulg. 101) in Ezech. VII ad 20, 45 sqq. 'offirmatione uultus opus est et frontis duritia, ut quae imperantur loquatur intrepidus', I ad 4, 3 al. (**C**). 102) in Eph. II ad 3, 5 sqq. 'alium habere prophetiam.., alium opitulationes et gubernationes' (resp. Vulg. 1 Cor. 12, 28), Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. III, 154, Oros. hist. V, 18, Fulg. ad Trasim. II, 2 opitulationis angelicae. 103) in Zach. I ad 1, 18 sqq. 'necdum absque ostensione Dei per se eos uidere poterat', in Is. I ad 2, 5 sq., ep. 81, 8 al. (Hil. in Mtth. 26, 1). 104) Did. spir. snct. 52 'ut, quomodo scimus, quod Pater et Filius sanctos et bonos sui communicatione perficiunt, sic Sanctus quoque Spiritus participatione sui bonos efficiat', ib. 5, 17, 61, in Os. II ad 6, 9 al., Vulg. 105) ut in Matth. III ad 24, 7 sq. al. (Cypr.), Aug. 106) saepe, ut in Mtth. III ad 26, 12 'quod uos putatis perditionem esse unguenti', ep. 120, 10 'qui bonitate Dei in perditionem suam abusi sunt' al. (Tert. praescr. haer. 30: si ceteros, quos perditioni erudisset, ecclesiae restitueret al., Cypr. op. et eleem. 22: diabolum cum seruis suis id est cum populo perditionis ac mortis).

pernoctatio[107]), *perplexio*[108]), persecutio[109]), 140 piscatio[110]), **placitio** (**C** p. 29), *plasmatio*[111]), **pollutio**[112]), **pomatio** (*ὀπωρισμός*), *praedestinatio*[113]), *praefiguratio*[114]), **praestolatio**[115]), **prolongatio**[116]), **propassio** (cf. 16[117]), 150 *prophetatio*[118]), *propitiatio*[119]), *prospectio*[120]), protectio[121]), *protensio*[122]), *prouectio*[123]), pullulatio[124]), *recrastinatio*[125]), **redactio**[126]), **rediscussio**[127]), 160 releuatio[128]), **rememoratio**[129]), reprobatio[130]), *repulsio*[131]), **requietio**, **reseratio** (**2**), resurrectio[132]), retributio[133]),

---

107) adu. Vigil. 9 de uigiliis ac pernoctationibus in basilicis martyrum celebrandis al. 108) c. Ioann. 26 propaginum tortuosa, in Ez. II ad 7, 5 sq. omnis ordo miseriarum atque perplexio al. 109) ut u. Malch. 1 'quomodo Christi ecclesia.. persecutionibus creuerit', ep. 108, 18 et saepe (App., Dig., Lact.). 110) ep. 125, 8 'apostoli de piscatione lacus Genezareth ad piscationem hominum transierunt'. 111) ut in Eph. I ad 20, 10 'plasmatio originem de terrae limo trahit, factura uero iuxta similitudinem et imaginem Dei sumpsit exordium .. factura primum locum tenet, deinde plasmatio' al. (**3*** p. 23). 112) c. Ioann. 21 Manichaeum, quem nominare pollutio est a'., Pall., Arn. iun. (**D** n. 99), Cassian., Isid. (**2**). 113) in Eph. I ad 1, 9 'quod praedestinatio alicuius rei multo ante in mente eius qui destinet, quid futurum sit, praefiguret', in Eccl. 1 col. 391 al. 114) in Zach. II ad 9, 11 sq., in Matth. IV ad 26, 26 al. (**c** p. 14). 115) nom. hebr. col. 100, Vulg. 116) nom. hebr. col. 13. 117) in Matth. I ad 5, 28 (hinc Isid. diff.) al. 118) in Jer. IV ad 23, 25 sqq. 'huiuscemodi prophetatio non est in nomine Domini, sed in nomine Baal' al. (**2** et **D** p. 279). 119) c. Pelag. II, 29 'ubi propitiatio est, praecessit ante peccatum', in Ez. II ad 7, 25 al. (Hilar. in cant. XV grad. 5 peccatorum nostrorum, S. S. et ap. Ambr.). 120) in Ez. II ad 7, 5 sq. 'proscopesin id est contemplationem et prospectionem', intpr. Orig. in Mtth., C. Th. 121) in Is. IX ad 28, 16 sqq. al. 122) App. dogm. Plat. III interpretatus graecum protasis, usurpant Hilar. Trin. I, 6 al., Hier. u. Paul. er. 7 manus, Cassian. coll. XXI, 26, Ennod. u. Epiph. p. 413. 123) in Eph. II ad 4, 16 'dum in alterius prouectione laetatur'. 124) in Ez. hom. 11, 5, [Rufin.] in Amos, Prisc., trnsl. Cypr., Aug., auct. Praedest. 125) in Ez. II ad 7, 7 dies festinationis et non recrastinationis. 126) in Ez. hom. 9, 1 a turbis in singularitatem redactio, Boeth., gramm. inc. 127) Naum 2, 10 ap. Hier. sec. LXX: excussio, rediscussio et ebullitio et cordis confractio et dissolutio genuum. 128) in Jon. 1, 13 'cum Jonae subuersio nauis fuerat releuatio' (Scrut. p. 15). 129) chron. Eus. col. 37, Vulg., Arn. iun. 130) in Mich. I ad 4, 1 al., Isid., ut t. t. rhet. Jul. Rufin. 131) in Jer. VI ad 30, 23 sq. 'quod repulsio Judaeorum nostrae salutis occasio sit' (**a** p. 21 et 68). 132) saepiss., ut adu. Rufin. III, 15 carnis. 133) in Mtth. I ad 5, 38 'in Lege r. est, in Euangelio gratia', ep. 130, 12 non operum retributio, sed donantis largitas al.

reuelatio[134]), *reuolutio*[135]), [170]sanctificatio[136]), *scissio*[137]), **serratio**[138]), sociatio[139]), *speculatio*[140]), **stannatio (D)**, **stillatio**, **subdiuisio**, subministratio (**3**), *subrisio* (**4**), [180]*subuersio*[141]), succensio[142]), **succisio**[143]), **tonsio**[144]), **transanimatio** (*μετεμψύχωσις*[145]), *transformatio*[146]), *transmigratio*[147]), **transscensio**[148]), tribulatio[149]), *tripartitio*[150]), [190]**uacuefactio** (**9**), uiuificatio, unio —, quibus accedunt e S. S. uet., h. e. assumpta fortasse e uocabulario antiquioris Scripturarum Sacrarum translationis, int. cett. haec: adimpletio[1]) adinuentio[2]), argutio (**9**), compunctio[3]), contritio[4]), decantatio (**3*** p. 7), dormitatio[5]), emundatio[6]), fractio[7]), incorruptio[8]), inhabitatio[9]), inhonoratio, iustifi-

134) in Jer. IV ad 23, 25 sqq. 'qui credunt somniis et omnia quae cernunt putant reuelationem esse diuinam', adu. Iouin. II, 15 et saep. 135) ep. 120, 6 sepulcrum uacuum reuolutione lapidis (**3*** p. 49). 136) adu. Iouin. I, 16, 37 al., Vulg. (Hil. in Mtth. 20, 4; sanctificare et S. S. uet.). 137) ut in Eccl. 3 col. 410 'a Lege fit scissio, ut euangelia consuantur' al. (**2** et **3**). 138) in Dan. 13, 58 sq. sectio siue serratio, cf. Ducange Gloss. med. et inf. latinit. s. u. 139) in Ez. h. 11, 3 diuersarum inter se naturarum in fide Christi facta sociatio. 140) in Jer. VI ad 31, 3 sq. 'ascendamus in Sion hoc est in ecclesiam, ubi est speculatio et intuitus Dei', Vulg., Aug. ciu. D. XVII, 16, 2: Sion latine interpretatum speculatio est. 141) adu. Iouin. II, 11 subuersiones urbium, in Os. II ad 7, 14 sqq. (haeretici) parati semper ad .. contentiones in subuersionem audientium' et saep., Vulg. 142) in Ez. VII ad 24, 15 sqq. ollae lebetisque, Aug. in ps. 59, 2 uirgultorum. 143) in Ez. X ad 31 'interfectio illius (Assyrii) appellatur succisio' (quasi cedri) al., Sidon. 144) nom. hebr. col. 62, Vulg. 145) ep. 124, 4, gloss. 146) ep. 108, 22 in alios, in Mtth. III ad 17, 2 al. 147) in Jer. V ad 29, 8 sqq. al. 148) in Ez. h. 11, 1 'quia testamentum transgrediens uitis .. non dirigatur, quin potius fructus eius propter transscensionem eius putreant', Cassiod., Isid. 149) c. Pelag. II, 24 'hic tribulationes et angustias afflictionemque animi deprecatur, ut in futuro uirorum iam cum Christo regnantium numero societur', in Is. VIII ad 26, 16 et saep. (Tert. «adu. Jud. 11»?, Cypr. ep. 40, 7: si praesenti tribulatione correctos .. conspexerit al.). 150) in Ezech. hom. 1, 16 animae, Aug., Agg. Vrb. 1) ep. 121, 10 saturitate et adimpletione carnis al. 2) in Mich. II ad 6, 10 sqq. non doctrina Dei, sed adinuentiones cordis illorum, in Is. II ad 3, 1 al. 3) in Is. IX ad 29, 9 sqq., — compungi, ut in Is. hom. 4, 3 'si quis sine sensu est iuxta interiorem hominem, cum peccator sit, non compungitur' (Lact.), Sulp. Seu. 4) in Is. IX ad 30, 12 sqq. 'uas figuli si confringatur contritione perualida', XVIII ad 65, 13 sq. 'prae contritione spiritus ululabitis', ep. 78 m. 39 'ante contritionem eleuatur cor uiri et ante gloriam humiliatur' et saep. 5) in Gal. I ad 2, 16 non dormire cum uiro dormitatione mulieris, in Jer. IV ad 23, 30 sqq. al., Aug., Arn. iun. 6) in Jer. I ad 4, 3 sqq. 7) panis c. Ioann. 26 al. 8) c. Pel. II, 25, Did. spir. sct. 38 al. (Hilar. Trin. III, 16 al., Ambr.), Aug. 9) Did. spir. sanct. 7.

catio[10]), mortificatio[11]), oratio sc. supplicantis Deo, Gebet[12]), plantatio (*φυτεία*, Pflanzung)[13]), ploratio[14]), regeneratio[15]), saluatio[16]), subsannatio[17]), superscriptio[18]), supplantatio[19]); —

*abolitio q. exstinctio ep. 120, 12 'quis possit credere, quod instar flammae . . exstinguatur Spiritus Sanctus et sustineat abolitionem sui?', 124, 14; — *acceptio, ut munerum in Mich. I ad 3, 9 sqq. (cf. HA p. 56), personarum e. c. in Zach. II ad 9, 1 'quia Dominus et gentium fidem et circumcisionis perfidiam absque acceptione ulla respicit personarum'; — *aedificatio: ad *aedificare l. s.; — *alligatio *trnsl.* ep. 145, 1 «solutus es, ne quaeras uxorem», id est alligationem (Ambr.), Aug.; — *ambitio meton. 66, 1 'antequam tota rubentium foliorum pandatur ambitio' (Solin., Minuc.); — *apparitio *al.* (apparition) ep. 120, 3 Domini (Vict. Petauion), postt.; — *ascensio *abs.* Himmelfahrt in Jer. VI ad 31, 31 sq. post crucem, resurrectionem et ascensionem, ep. 120, 9 al., Sacram. Gelas.; — *aspiratio trnsl. Didym. spir. sanct. 29 Spiritus sancti al.; — *assertio *transl.* (Arn.) in Zach. II ad 9, 13 'philosophorum omnis assertio atque argumenta gentilium destruentur', adu. Rufin. II, 23 'nunc tuis assertionibus obuiasse sufficiat', in Luc. hom. 31 al., ut freq. asserere, ueluti c. Pelag. III, 7 'asseris nihil hominem per se posse facere', adu. Jouin. II, 21 'non quod peccatum in cibo aut in uestibus as-

---

10) in Is. XIV ad 53 s. f., ep. 79, 11 et saep. 11) c. Ioann. 33 al., ut et mortificare, u. c. in Is. XV ad 56, 3. 12) ep. 140, 4 'oratio iuxta grammaticos omnis sermo loquentium est . . in Scripturis autem Sanctis difficile orationem iuxta hunc sensum legimus, sed eam quae ad preces et obsecrationes pertinet', et ita ipse plerumque uoce utitur, ut adu. Jouin. II, 15 'aduersus Amalec oratione Moysi et totius populi ieiunio dimicatum est', ib. 'acriora daemonia nonnisi oratione et ieiuniis posse superari' et saepe. 13) ut in Is. XVII ad 60, 21 sq. al., al. das Verpflanzen Plin. 14) ep. 106, 54. 15) quu. hebr. in Gen. 26, 17 dedicans regenerationem nostram et baptismi sacramentum, in Luc. hom. 14 al., Aug. 16) saep., ut in Is. IV ad 10, 20 sqq. plenam saluationem futuram esse sub Christo, adu. Jouin. II, 22 (**2**). 17) in Am. III ad 7, 7 sqq. al. (**3*** p. 17). 18) in Ez. hom. 1 col. 744 sq. al. (Hilar.), sch. Juu. 19) ut in Mich. I ad 1, 10 sqq.

seram, sed quod . .', adu. Heluid. 7, ep. 36, 6, 112, 5 al. (HA p. 94); — auersio *transl.* in Jer. II ad 6, 19 'recepturus est fructum auersionis suae' al., Vulg. (Arn.), Aug.; — *causatio *al.* q. pro accusatio, ut in Abac. I ad 1, 5 'opus, quod tam grande erit et uestram omnem opprimet causationem', Aug., Salu., ut causari e. c. in Ezech. comm. II ad 5, 8 sq. 'quid causer, quod in praeceptis meis non ambulaueritis et iudicia mea non feceritis, cum etiam omnes in circuitu nationes uiceritis scelere uestro?' (9); — *coctio *propr.* reg. Pachom. 117 al., P. Diac., C. Aur., Cassiod., *meton.* in Agg. 2, 11 sqq. panem aut quamlibet aliam coctionem, in Ez. VIII ad 25, 12 sqq. al., Vulg., Th. Prisc., Plin. Val. (al. q. concoctio uentralis Vitr., Plin); — *conditio pro creatio c. Pelag. I, 2 'hoc ipsum quod Dei gratiae asseris utrum ad conditionis referas beneficium, an in singulis rebus putes esse quas gerimus', II, 30 non naturae et conditionis uitio, I, 5, Didym. spir. sanct. 7 natura conditionis suae angelos sanctos esse, 16 (Spiritus S.) nusquam conditionibus (meton. q. creaturis) conumeratus est' al.; — *congregatio *transl.* ad res, ut aquarum quu. hebr. in Gen. 1, 10 al., Vulg., Aug., ut congregare in Is. XVII ad 62, 8 sq. 'qui abiectis paleis purum frumentum in horrea congregauerint', ep. 41, 1 testimonia de Ioannis euangelio congregata, in Eccl. 11 col. 481 al. (Cic. uis congregata, Quint. uerba, argumenta); — *congressio q. conflictus (Scrut. p. 12*) in Am. II ad 4, 1 al.; — *conuersatio Lebenswandel (*ἀναστροφή*), Lebensweise, Lebenseinrichtung, sicuti fere in S. S. e. c. Phil. 3, 20 'nostra conuersatio in coelis est' (et ap. Cypr. mort. 22), persaepe, ut ep. 23, 2 'conuersationem Leae nostrae quis possit digno alleuare praeconio?', 148, 8 'qui aliud professione, aliud conuersatione testantur', in Luc. h. 21 'praepara uiam Domino per conuersationem bonam', in Matth. II ad 14, 14 'relinquentes pristinas conuersationes et uarietates dogmatum', ep. 29, 1 'epistolare officium est de re familiari aut de quotidiana conuersatione aliquid scribere', 100, 10 'qui ieiunia id est con-

uersationem angelicam imitantur', reg. Pachom. inscr. coenobiorum, u. Hilar. 14 fundator et eruditor huius (sc. monachicae) conuersationis; — *conuersio *transl.* Bekehrung c. Pelag. III, 6 'dans ei potestatem conuersionis et poenitentiae', 15, adu. Rufin. III, 12 'non damnationem tuam quaerimus, sed conuersionem', in Eccl. 7 col. 437 al., Vulg., (Hilar.) ,Aug.; — *conuulsio *propr.* das Niederreissen (saepis): **9**; — *correctio *meton.* das Gebessertsein ep. 121, 7 de erroribus.. et de uitiis.. transitum ad correctionem atque uirtutes; — *correptio transl. q. reprehensio, castigatio saepe, ut in Ezech. IV ad 13, 8 sq. 'alia aduersariorum, alia filiorum correptio est', c. Pelag. III, 17, reg. Pachom. 1, 13; — *creatio ep. 140, 6 'creatio (significat) eius qui prius non erat conditionis exordium' al.; — *deiectio *al.* Demuth in Luc. hom. 8 mansuetudinis sectantem deiectionisque uirtutem; — *depositio Absetzung (Vlp. Dig. XLVIII, 19, 8 pr. dignitatis aliquam depositionem, Firm. m.) in Ezech. hom. 10, 1 'quicunque dolore depositionis suae congregant populos ad schisma faciendum', postt.; — *deprecatio *pro* precatio, ut ep. 122, 1 'quod ignotus ad ignotum audeo scribere, Hedybiae fecit deprecatio', c. Pelag. I, 5, sicuti saep. deprecari, e. c. ep. 47, 2 'quod Paula me est deprecata ut facerem, sponte facio', in Mtth. III ad 17, 18; — *detractio *transl.* ep. 52, 14 'parce a detractione linguae', 125, 19 'si detractionibus tuis alium uulneres', adu. Rufin. III, 27 al., Aug. (**1** p. 465); — *discussio *transl.* **c** p. 65, ut discutere transl. c. Pelag. II, 20 'uoluntas Dei non discutienda, sed cum gratiarum actione patienda est', in Ezech. h. 5, 1, h. 13 in. al., S. S. uet., Macr., Chalc.; — *dispensatio transl. (**D** p. 269) ad res prudenter disponendas: saep., ut in Eph. I ad 1, 9 dispensatio plenitudinis temporum, ut statuto tempore omnia compleantur, in Ezech. hom. 1, 2 'non tam iram esse iram Dei quam necessariam dispensationem', in Gal. I ad 2, 11 sqq. 'Paulus noua bellator uetus usus est arte pugnandi, ut dispensationem Petri, qua

Judaeos saluari cupiebat' (ritus eorum reseruando) 'noua ipse contradictionis dispensatione corrigeret et resisteret ei in faciem' (et inf.: ut hypocrisis obseruandae legis, quae nocebat eis qui ex gentibus crediderant, correptionis hypocrisi emendaretur . . utilem uero simulationem et assumendam in tempore Jehu regis nos doceat exemplum . .)*), — al. in Matth. III ad 23, 8 sqq. 'per dispensationem carnis Eius omnes reconciliati sumus Deo', in Luc. hom. 27 'ad dispensationem remissionemque peccatorum', in Jer. III ad 17, 9 sq., ep. 120, 5 al.; — *distentio *transl.* **2**; — *donatio *transl.*, ut ep. 120, 9 'ut acciperent operationes uirtutum et cuncta donationum genera'; — *egressio propr. in Is. XII ad 43, 16 sq. ex Aegypto, in Soph. 1, 13 a seculo al; — *elatio *al.* uocum nom. hebr. col. 3 (**9**); — *eleuatio propr. in Ezech. VI ad 20, 6 manus, in Dan. 10, 5 oculorum, in Zach. III ad 12, 1 sqq. ponderis al., Vulg.; — *exasperatio transl. in Ezech. I ad 2, 7 sq. exasperationem siue irritationem al.; — *exclusio transl. in Is. XVIII ad 66, 18 sq. 'oris exclusio, ut omnem excludentes blasphemiam loquamur quae bona sunt' al.; — *expositio ***noue*** i. explanatio in Ez. h. 13, 3 'difficilis est huius loci expositio', in Mich. I ad 1, 10 sqq. al., cf. in Ez. XI ad 37, 1 sqq. 'quod istum locum aliter exponentes resurrectionem negare uideamur'; — *expressio *meton.* ep. 125, 6 'ut eloquentiae torcularia non uerborum pampinis, sed sensuum quasi uuarum expressionibus redundarent'; — *generatio *meton.*, ut in Is. XIII ad 48, 12 sq. 'quod cunctis retro generationibus fuerat ignotum'; — *immolatio *meton.* in Ez. hom. 7, 10 esus immolationum; — *imprecatio *pro* precatio adu. Lucif. 9 'si ad pontificis tantum imprecationem Spiritus S. defluit', in Is. IX pr. 'Dei poscamus auxilium et psalmistae imprecatione dicamus: dissipa gentes, quae bella uolunt' al., ut imprecari adu. Heluid. 2 'Deus est imprecandus, ut . .', in Is. XIV pr. al.; —

*) Cf. ep. 121, 6 'si iniquitas bene dispensata uertitur in iustitiam'.

*impressio propr. in Is. XVI ad 59, 19 sq. 'fronte tau literae impressione signantur', IV ad 11, 1 al.; — *inflatio transl. q. tumor, superbia in Is. hom. 8, 2 'uideamus inflationem eius, quanta sit, ut eam caueamus', ib. 1 al.; — *inflexio *transl.*, ut adu. Jouin. II, 8 uocum inflexionibus, Macr. diff., Boeth.; — *instauratio transl. in Eph. II ad 4, 22 exterioris hominis al., cf. c p. 42; — *instructio *al.* Unterricht (Arn. V, 15 e corr.) ep. 130, 15 legere . . ad delectationem et instructionem animae al.; — *interruptio *concr.* muri; — *intentio spec. (sc. uoluntatis: consilium, l'intention) in Ezech. hom. 12, 1 'Deus unicuique pro modo intentionis amaritudinem poenarum restituit' (**3**); — *inuectio *transl.* in Mich. I ad 2, 9 sq. 'nec arbitrandum, quod generaliter ad omnes haec dirigatur inuectio, sed quod eos qui tales sunt pulset sermo propheticus', in Is. V ad 15, 1, adu. Rufin. I, 11 al. (**4***); — lectio meton. (Tert. ap. 22, Arn.) in Jon. 1, 5 'euangelicam lectionem (i. e. uerba quae leguntur Jo. 17, 5), in qua scriptum est . .', in Ezech. XIV ad 47, 6 sqq. al.; — *libratio *transl.* in Ioann. 3 'dispensatio ac libratio ista prudens uerborum indoctos decipere potest'; — *mansio etiam *abus.* interuallum inter duas mansiones ep. 107, 10 'ne in prima mansione currentes corruamus in mediis'; — *operatio transl. das Wirken, Ausübung (dilectionis Tert.), Erwirkung, ut in Gal. II ad 5, 6 fidei per caritatem, in Eccl. 7 col. 441 signorum, ep. 120, 9, Didym. spir. sanct. 28 'quae prophetalis operationis sunt', ib. 17 'eandem operationem esse Patris et Filii et Spiritus Sancti' al., operari, ut Did. spir. snct. 3 'eundem Spiritum et in prophetis et in apostolis operatum', ib. 27 consolationem, in Is. V ad 23, 12 'ne operantem membris et officio corporali crederes Dominum' al. (cf. Scrut. p. 28); — *ordinatio Ordination c. Ioann. 9 presbyteri, adu. Jouin. I, 34 sacerdotalis, ep. 51, 1 al., ut ordinare e. c. adu. Vigil. 2 'qui (episcopi) non ordinant diaconos, nisi prius uxores duxerint' al. (Scr. p. 48); — *passio (quae uox omnino est recc.)

eccl. (Lact. inst. IV, 26, 2) saepe, ut in Gal. II ad 3, 14 Christi, in Is. I ad 1, 12 (cf. in Dan. 9, 24: quando passus est Christus), *al.* in Gal. II ad 5, 22 'omnes uitiorum passiones, quas rectius latino sermone perturbationes possumus dicere, quod statum mentis euertant', it. in Zach. I ad 1, 18 sqq. al., in Mich. I ad 4, 1 sqq. 'si quis uoluerit hoc . . de anima humana intellegere, quod ante aduentum Christi uariis passionibus uitiisque seruierit', Aug.; — *perceptio *propr.* adu. Jouin. I, 3 (ciborum); — *praecisio *pro* excisio transl. in Luc. hom. 23 'Israelitico populo prophetari, quod praecisio eius uicina sit', resp. Luc. 3, 9 omnis arbor . . praeciditur (Vulg. excidetur); — *praedicatio *eccl.* (unde nos Predigt) adu. Jouin. II, 37 'quadringenti ferme anni sunt, quod Christi praedicatio fulget in mundo', adu. Rufin. I, 17 al., Vulg. (Ambr.), atque ita praedicare, ut in Is. XVIII ad 65, 3 'uerbum Domini, quod in ecclesiis praedicatur', adu. Jouin. II, 3, c. Ioann. 3 al.; — *praesumptio transl. ep. 108, 26 'ut docerem quod didiceram, non a me ipso, id est a praesumptione, pessimo praeceptore, sed ab illustribus ecclesiae uiris', in Eccl. 2 col. 407, in Mich. II ad 5, 7 sqq., in transl. Euang. pr. 'periculosa praesumptio iudicare de ceteris ipsum ab omnibus iudicandum' al.; — *prolatio Hervorbringung (c p. 14 sq.) Did. spir. sanct. 26 'prolationes, intus dico et foris, ab intellectualium natura discernimus, quia istae corparum sunt . .'; — *pronuntiatio *al.* prononciation in Jer. IV ad 18, 1 'abanim pro qualitate loci et diuersitate pronuntiationis et organum, id est rota figuli, uocatur et lapides', Prisc.. — *putatio *meton.* in Ezech. hom. 5, 5 'quia annuam putationem eius (uitis) consumat ignis'; — *redditio propr. in Matth. III ad 18, 1 tributi, Aug. (ut t. t. rhet. Quint., all.); — *redemptio *eccl.*, ut in Is XIV ad 51, 4 sq. 'Christus . . factus nobis sapientia et redemptio' (1 Cor. 1, 30), ep. 108, 11 ueterum peccatorum al., Vulg.; — *regressio propr. in Os. II ad 6, 10 sq. Judae captiuitas et r. al., Aug., al. Quint.; — *religio *eccl.* Religion (Lact.) saep.,

ut in Dan. 8, 5 Dei, adu. Jouin. I, 41 nostra, in Zach. III ad 14, 9 sqq. unum nomen Eius, omni praua religione calcata, in Jer. IV ad 26, 7 sqq. (cf. dogma adu. Jouin. I, 42 'Buddam principem dogmatis eorum' al.); — *replicatio *pro* repetitio ep. 127, 10 'ne legenti fastidium faciat odiosa replicatio', c. Pelag. I, 16 al., Sid., ut replicare *q.* iterare Did. spir. sct. 21 'ne eadem superflue replicemus', c. Ioann. 8 al., Amm.; — *repromissio *q.* promissio saepiss., ut in Joel 2, 28 sqq. 'repromissio futurorum est, quae bona debeant praestolari, et post multa, quae longum est retexere, haec quoque in promissione dicuntur..', in Is. XVII ad 60, 4 peregrini quondam a Testamento Dei et repromissionibus eius, c. Pelag. II, 23 terram repromissionis al., Vulg., — *seductio transl., ut in Is. VI ad 14, 23 'qui curas istius seculi et seductionem diuitiarum spinas appellauit' al.; — *statio *transl.* q. cessatio in Naum 3, 8 sqq. 'stationem et finem malorum reperire non poteris'; — *subiectio *transl.* in Zach. III ad 14, 13 sq. hostium, c. Pelag. I, 18 al. (Ambr.), Oros.; — *suggestio *transl.* (HA p. 113) in Dan. 7, 5 'quando ad suggestionem Aman Agagitae una die omnes Judaei iussi sunt trucidari' al.; — *superstitio *noue* lexicis gener. q. scrupulositas ep. 60, 10 'sic opposita quaeque libabat, ut et superstitionem fugeret et continentiam seruaret', 52, 12 (sorbitiunculas delicatas et contrita olera . . non calice sorbere, sed concha.) Proh pudor . . nec taedet superstitionis . . fortissimum ieiunium est aqua et panis'; — *susceptio *q.* receptio ep. 121, 5 'ne occupatus susceptione Samaritica (apud Samaritas) passionis differret diem', in Ezech. VII pr. fratrum, cf. Aug. c. Jul. IV, 7, 38; — *sustentatio transl. (Vlp. Dig. mulieris) in Is. II ad 3, 13 sq. ad sustentationem pauperum al.; — *traditio, ut nos Tradition (Gell., Hilar., intpr. Iren.), saepe, ut adu. Lucif. 8 'quae per traditionem in ecclesiis obseruantur', in Is. IX, 29, 13 sq. 'quia traditiones Pharisaeorum Scribarumque suscipiunt, quae eos longe faciunt a Deo', in Ezech. pr. 'cuius (Ezechielis) diffi-

cultatem Hebraeorum probat traditio. Nam nisi quis tricesimum annum impleuerit, nec principia Geneseos.., nec huius uoluminis exordium et finem legere permittitur', in Eph. I ad 1, 21 'illum de traditionibus Hebraeorum ea quae secreta sunt in medium protulisse', in Matth. III ad 22, 23 'Pharisaei traditionum et obseruationum, quas illi δευτερώσεις uocant, iustitiam praeferebant', cf. in Ez. XI ad 36, 1 sqq. 'neque iuxta Judaicas fabulas, quas illi δευτερώσεις appellant, gemmatam et auream de coelo exspectamus Jerusalem', intpr. Orig. in Mtth. 17; — *transgressio transl., ut in Is. XVI ad 59, 12 sqq. 'transgressionem, quae significantius graece dicitur ἀπόστασις, cum aliquis negat Deum et praeuaricationis arguitur' al. (Tert. adu. Macr. V, 6 principi transgressionis diabolo al., Hilar. c p. 17, Ambr.), Aug.; — *trepidatio *abus.* q. pro haesitatio in Ezech. XII pr. 'trepidationem meam in explanatione templi Ezechiel, immo tacendi perseuerantiam tuae preces..superarunt'; — *uisitatio meton. Besuch ep. 108, 6 'nec diu potuit uisitationes et frequentiam sustinere', uisitatio languentium ep. 52, 3 (cf. **A** p. 101), transl. h. e. transgressoris quasi aegrotantis (Heimsuchung) saepe, e. c. in Ezech. III ad 9, 1 'omnis ultio uisitatio est quasi aegrotantis, . . quasi medicas exspectantis manus', sim. V ad 16, 27 et in Am. I ad 3, 1 'plaga Dei uisitatio est atque curatio', in Is. IV ad 10, 1 'cum multa patiantur diesque uisitationis aduenerit'; etiam uisitare hac significatione, de qua ipse in Is. VIII ad 24, 21 sqq. 'considera, quod . . dixerit absolute «uisitabantur», ex qua ambiguitate uerbi et remedium potest intellegi et correptio, quod . . illi in poenis perpetuis uisitantur'; — *uocatio *eccl.* Berufung (Hilar., nisi uero iam Tert. pud. 9: Judaeus ad primam statim uocationem christiani gemit, non ad secundam restitutionem), ut c. Pelag. I, 18 comprehendere brauium supernae uocationis, in Is. I ad 2, 1 ex utraque uocatione credentes, VII ad 17, 12 sq. gentium al., Aug.

Sed insuper accedunt quaedam de Breuiario in Psalterium, quod Hieronymi nomine exstat inscriptum,

nouiciae uoces. Quod cum post superiores editores Vallarsius inter spuria retulerit ceteris tamen suppositiciis concedens esse praestantius, perlectis modo attentius scriptis Hieronymi ex confesso genuinis ipsum quoque percurrere uisum est lectione, ex qua quam perceperim opinionem strictim proloquar. Breuiarium istud hand ita tamen breue (edit Vall. uol. VII tom. II col. 1—544), in quo Origenis e scriptis uariis annotationes in psalmos collatas esse ad compendium praefatio insinuat, deriuatum esse arbitramur ex Hieronymi in psalmos 'Commentariolis', quos ipsum siue edidisse seu diuulgari passum esse ex eius aduersus Rufinum apologia I, 19 cognoscitur. Ibi enim se reprehensum ait quod Ps. 2, 12 pro eo quod in translatione uetere fuit estque in Vulgata 'apprehendite disciplinam' posuerit in commentariolis ('in commentariolis meis'): adorate filium, — atqui sic legimus in Breviario ad l. l. col. 7. Composuisse commentariolos illos Hieronymus uidetur non ante 396 p. C., uidelicet XV annos (in ps. 133) post exterminatam per imperium Romanum haeresin Arianam antea praeualentem, uel certe non ante 394, quo anno Hieronymus Origenis doctrinam tanquam haereticam publice coepit reprobare. Auctor breuiarii cum nonnunquam ad confutandos digrediatur errores Manichaei, Arii, Eunomii, Macedonianorum (e. c. in ps. 147 et 148), in Origenistas nondum inuehitur, nedum in Pelagium. Maxime uero me, ut breuiarium istud si non totum, at maiorem certe partem ab Hieronymo esse autumem, id mouit, quod Hieronymiani characteris multa passim in eo uestigia agnoscere mihi uisus sum*) cum in sensibus dictionisque genere, tum in ipsa latinitate uerborumque delectu. Nimirum earum uocum de numero, quas hoce in libello retulimus nouicias uel iuxta ritum nouellum usurpatas apud Hieronymum, plurimas in breuiario isto redinuenimus, quarum praeteritis plerisque notare satis-

*) Annotare libuit, hic quoque Hieronymum non plane abstinuisse a more suo allegandi e seculari literatura sententias, ueluti ps. 93 (Pers. I, 1).

habuimus trecentas uiginti quatuor, quod multum esse lector statim intellegit, quantum portione sit aestimet ipse. Itaque iam eas uoces, quae in scriptis consensu omnium Hieronymianis non inueniuntur, nisi forte nos quaedam earum latuerunt, operae pretium fuerit per singula genera subindere (sub nota: Breu.), ut sunt -io finita: **absorptio** in psalm. 140: 'absorpti sunt iuncti petrae iudices eorum'.. absorptio pro uictoria dicitur, absorbitio Aug., — *cohabitatio* in ps. 43 propter cohabitationem mundanam (**c** p. 7), — c o r p o r a t i o in ps. 33 'quae de auribus, oculis ac de uultu dicuntur, non ad corporationem (i. corporalitatem) Deitatis .. referenda sunt' al., Mart. Cap., Claud. Mam., — corroboratio (S. S. ap. Aug., Cypr.) in ps. 30 'in Te spes est corroborationis meae', Vict. Tunon., — *diffusio *propr.* in ps. 44 gratiae, Eges., postt., — *elatio *transl.* Uebermuth (Vulg. Macc., Arn., Ambr.) in ps. 2: 'seruite Domino in timore'. Timore dixit, ut elationem eis tolleret, in 28 'conteret elationes eius', — **euolatio**: **D**, — instigatio (Ad Her., — recc.) in ps. 123 'animas nostras per instigationem scelerum deglutire', in 144, — **macellatio** (!) in ps. 87 'iram et procellam macellationis furoris tui, quas in gentibus effusurus eras, super me induxisti' (an: uacillationis? i. fluctuatio), — **municipatio**: **D**, — *obumbratio* (**2** et **D** p. 288) in ps. 127 cum pinguedine pacis et obumbratione uirtutis (gen. subi.), — uegetatio (App.) in ps. 134 'cum nullius membri uegetationem habeant', Oros., Cassian., — **uolutio** in ps. 97 'gelenim uolutio' (sc. dicitur).

Praeterea notatu digna uidebantur in Hieronymi scriptis ex confesso scilicet genuinis in -io exeuntia haec: *pA* ablutio ep. 64, 21 peccatorum, Vulg., Macr., — acquisitio in Eph. I ad 1, 14 'περιποίησιν, quam nos acquisitionem siue possessionem possumus dicere' al., — adoratio (App. s.) in Is. XII ad 44, 6 sqq., — adustio (Lact.) in Ez. h. 5. 1 (**1** et **3**, Scrut. p. 20), — afflictio (Sen., — Tert. poen. 9?) in Jer. I ad 2, 35 sq. in tempore afflictionis et angustiae, in Is. XVI ad 58, 4 sq. al., Vulg., postt., — commonitio (**1**) ep. 148, 13 ad commonitionem praeceptorum Dei, adu. Rufin. III, 2 al., — congratulatio (VMx., — Donat.) in Is. XI ad 39, 1 'post tantam uictoriam et congratulationem regni potentissimi

(gen. subi.) cor illius (Ezechiae) eleuatum est', — consummatio freq., sed non tam more priorum i. perfectio, ut c. Pelag. pr. 'cum ad consummationis culmen ascenderint', quam synon. finis, exitus, ut in Is. IX ad 29, 1 usque ad consummationem temporis gentium, c. Pelag. I, 13 'paleae a frumento in consummatione seculi separantur', adu. Jou. II, 24 'dies iudicii in consummatione promittitur', c. Pelag. II, 14 'de die et hora consummationis ultimae et angelos ignorare' al., cf. consummare in Is. VI ad 16, 6 sqq. 'consummato Antichristo et parente eius diabulo..praeparandum esse solium in misericordia' (sim. fortasse iam Tert. fug. in pers. 6, adu. Valent. 31 in., — an. 42, non tamen liquet); — destructio pr. (Suet.), ut in Is. I ad 1, 13 templi, trnsl. (Quint.), ut in Eph. II ad 4, 29 sermo malus..ad destructionem eorum qui audiunt al., et sic destruere in Eph. I ad 1, 1 'statim quod est esse destruitur, et incipit non esse quod fuerat', in Naum 1, 4 Assyrios destruere; — *dignatio pass.: in titul., ut ep. 102, 1 'ego simpliciter fateor dignationi tuae', 105, 2 al, — diuulsio, — *editio (Quint., — Solin.) in Jer. VI ad 31, 21 sq. 'iuxta nostram editionem..editio uulgata' et saep., — equitatio: 3, — erectio (Vitr., — Amm.) in Abac. I ad 2, 5 sqq., Vulg., Aug., — initiatio (Suet., — Tert. adu. Marc. IV 33 al.) in Am. III ad 9, 1 al., — intensio (Sen.: D p. 287, Scrib., — Ambr.: 3) in Zach. I ad 1, 7 non uocis intensione, sed mentis, — *interiectio (Quint.) in Is. XV ad 54, 16 sq. 'quod uel interiectionem uocantis uel uae significaret' al., — inuocatio (Quint.) in Is. III ad 7, 16 ad inuocationem nominis eius, IV ad 9, 8 sq. et saep., Vulg., Ps.-Asc., — *leuatio pr.: 9, — multiplicatio c. Pelag. III, 1 'delectatus sum tuorum multiplicatione sermonum', ep. 140, 13 et saepe, it. saepe multiplicare, e. c. in Ez. XI ad 36, 16 sqq., — nudatio in Jer. II ad 6, 20 de rapinis et nudatione miserorum al., — occursio (Sen.: 5) nom. hebr. col. 28, Aug., postt., — praedatio (Vell., Tac., — Lact.) in Is. III ad 9, 2 sqq. al., — praelatio adu. Jouin. I, 7 al. (b p. 6), — praestatio (Sen., — ICti, Firm. m. III, 7, 1 al.) in Philem. ad 21 maiorem praestatione mercedem, — propinatio (Sen., Petr.) in Jer. IV ad 24, 15 sqq. calicis meri, — purificatio (Plin. Mart.) in Jer. II ad 6, 16 sqq. al., Vulg., — recessio in Ez. VI ad 20, 8, in Os. II ad 9, 12 al. (3), — recisio (Plin., — Vlp. Dig.) adu. Jouin. II, 15 'ex parte ieiunium dedicatum est, decens abstinentiam omnium in quorundam recisione', C. Th. XIII, 11, 16, M. Cap., — sciscitatio (Petr.) in Dan. 13, 5 sq. 'nec putat sciscitatione condignos' al. (1), Oros., — suffossio (Vitr. et Sen. ss. ll.) nom. hebr. col. 36, Vulg., «Paul. Diac.», — sugillatio ep. 48, 2 'quod nimius fuerim in sugillatione nuptiarum', adu. Rufin. I, 11, in Is. XII ad 42, 1 al., ut et saep. sugillare, e. c. adu. Jouin. I, 11 'ne sugillasse continentiam uideretur', — supputatio (Vitr.: b p. 9) in Dan. 9, 24 'cum iuxta diligentissimam supputationem a primo anno Cyri usque ad.. euersionem templi supputentur anni DCXXX', adu. Rufin. II, 13,

ep. 14, 7 et saep., eodemque modo supputare (Ou., Sen.) saepe, ut in Dan. l. l., ep. 140, 8, — tumultuatio: 3, — uillicatio, alia; — *pr:* eductio (Cat. fr., — Lact.) in Os. I ad 2, 15 in solitudinem, in Is. h. 6, 1, Pall., — *factio pr.: in malam partem adu. Iouin. II, 3 'nonne tibi uidetur pinxisse sermo apostolicus nouam imperitiae factionem?' al., Cassian.; — *u:* abiectio (Cic.) in Is. IX ad 28, 5 sqq. propter metum abiectionis suae, XIII ad 49. 1 al., — abscisio (transl. Ad Her.) pr. i. castratio in Gal. III ad 5, 12, — additio (Varr., Quint.) in Gal. III ad 5, 9 dominici nominis (3* p. 3), — adhaesio (Cic., — App.) ep. 78, m. 9 al., Aug. et Jul. ap. Aug., — admixtio (Cic., Varr.) ep. 100, 6 sui admixtione al, Vulg., Pall., — aspersio (Cic.) ep. 125, 1 'nullum sacrificium absque huius (salis) aspersione suscipitur' al., Vulg., Pall., Macr., — assumptio (t. t. dial. Cic., Quint.) ep. 53, 8, al. (Vlp. Dig.) in Abac. II ad 3, 11 sqq. humani corporis, in Mtth. I ad 4, 5 al., Cod. Th., Pall., Leo M., — auersio (B. Hisp., t. t. rhet. Quint., — Arn.) ep. 147, 3 auersionem (Domini) aestimans esse pro poena al., Vulg., Aug., Dict., — cantatio (Varr., — App.) ep. 46, 11 amatoriae cantationes, Vulg., Aug., Prisc., — circumsessio (Cic. s.) nom. hebr. col. 16, — colligatio meton. in Ez. IX ad 28, 13 (ad circumdatio p. 5), — comminatio freq., e. c. in Jer. IV ad 23, 16 sq. ne uanis comminationibus terreamini, it. comminari, ut in Ez. II ad 7, 8, — comprobatio (Cic. s., — Arn.: D p. 284) in Dan. 12, 12 'dilatio regni sanctorum patientiae c. est', C. Aur., Prisc., — concisio (Cic. s. ut t. t. rhet.) in Is. XIV ad 52, 1 carnis, in Gal. III ad 5, 10 al. (2), — *concretio (Scr. p. 38, ubi leg.: Cic. Tusc. I, 27, 66) in Eph. II ad 4, 23 sq. 'sensus ab omni macula sordidae concretionis alienus', — confessio freq., ut e. c. in Os. III ad 14, 2 seqq. ueram fidei confessionem, — confutatio (Ad Her.) ep. 68, 2 haereticorum (1), — conscensio (Cic. s.): 9, — consurrectio (Cic. bis) nom. hebr. col. 47 al., — demptio (Varr., Non., — S. S. ap. Aug.) adu. Iouin II, 11 'idcirco esse necessariam demptionem, ut rursum habeant in quae possint crescere', Rufin., — demutatio (Cic. s., — Tert., Hil.) c. Ioann. 31, — despectio (Cic. fr., — S. S. ap. Aug. et Vulg.) nom. hebr. col. 38 d. siue contemptus eius al., C. Aur. (cf. 1), — eiectio, ut c. Ioann. 7, Vulg., — elaboratio (Ad Her., — Firm. m.) ep. 34, 2, — enodatio (DV h. e. Forcellini totius Latinitatis Lexicon ed. De-Vit), — euulsio (Cic. s.) Vulg. Jer. 12, 17 et Hier. ad l., — excisio (Cic. dom. et har. r. et al. Vitr.) in Is. VII ad 22, 15 sqq. 'quod in excisione sepulcri non debeas laborare', — expletio (Cic.) ep. 98, 8 'dictorum potentiam expletione rerum probans', Vulg. (1), — exspiratio (Cic. s.) ep. 108, 28 animae, C. Aur., — exsultatio freq., ut in Is. XVIII ad 65, 13 sq. prae exsultatione cordis, IX ad 29, 17 sq., in Cant. tr. 1 col. 509.., — exustio (Cic. ap. Macr., Plin., — recc.) ut in Am. II ad 4, 9 'percutit spiritualiter haereticos exustione ea, de qua apostolus: melius est nubere quam uri',

in Dan. 3, 92, C. Aur., — gloriatio (Cic. bis, — Hil.) in Jer. III ad 12, 14 sq., in Ez. VII ad 24, 15 sqq. coronam gloriationis, Rufin., Aug., postt., — illusio (ut fig. rhet. Cic., Quint.) in Is. X ad 33, 2 sq. 'omnis gentium multitudo dispersa est, et praedae atque illusioni uictoribus fuit', ep. 148, 17 'rapi uento falsae laudationis et illusionem pro beneficio accipere' al., Vulg., alii (**B** et **D** p. 70), — immissio' (Cic. sen., al. Vlp. Dig.) in Ez. V ad 16, 27 extensio et immissio..manus al., Aug., C. Aur., — immoderatio (Cic. s., — Ambr., Eges.) in Eccl. 10 col. 579 immoderatione linguae, Aug., — impetratio (Cic. ep. s.) adu. Jouin. II, 30 'cernis, quod.., si pro maioribus (sc. peccatis deprecemur), difficilis impetratio sit', Aug., alii (**3**), — impositio: **1**, — impugnatio (Cic., — Cypr.) in Is. VII ad 22, 7 sq. al., Jul. ap. Aug., — incisio (Cic. t. t. rhet., — recc.) in Ez. h. 5, 1 'ut per incisionem putrida caro truncetur', — ingressio (Cic., — Cypr., Ambr.) in Ez. VIII ad 25, 1 templum hostium ingressione pollutum, — libatio (Cic. har. resp.) Vulg. Joel 1, 9 et Hier. ad l. uini, — maledictio (Cic. fort. s., Arn.) persaepe, ut u. c. in Zach. II ad 8, 13 sqq. 'sicut erant in cunctis gentibus in maledictionem et in sibilum', Vulg., Aug. (**3** p. 649), — messio (Varr. r. r.) in Os. II ad 6, 10 sq. messionis tuae tempus al., Vulg., — negatio (Cic. pr.) saep., e. c. in Abd. I ad 1, 13 sq. 'si multi infirma fide..in negationem corruerint', — occisio (Cic., — Arn., Lact., Vop.) saep., ut in Is. XVI ad 59, 7 sq. 'hanc in prophetarum occisione habuerunt consuetudinem', adu. Jouin. I, 26, ep. 100, 11, — opinatio (Cic., VMx., — Lact.) in Eccl. 5 col. 429 opinationum pannos hinc inde consuere, 2 col. 404 al., — percussio (Cic., Quint.) saep., e. c. in Ez. IX ad 29, 17 sqq. arietum, — perfectio (Cic., Vitr.) saepe, ut c. Pelag. I, 31 'ibi initia, hic perfectio est', II, 18 'ubi est apud te praesumpta perfectio?', I, 15 'duas..esse perfectiones, primam.. Dei uirtutibus coaptandam, secundam, quae non solum hominibus, sed et omni creaturae competit', in Ez. XIV ad 46, 8 sqq., Macr., — peruersio (Ad Her., — Tert.) nom. hebr. col. 72 al., Aug., Cssd., — placatio (Cic., Plin.) in Ez. XI, ad 40, 1 sqq. dies ieiunii et placationis, XIV ad 45 s. f. post placationem peccatorum, Vulg. Machab., Aug., Salu., Chrysol., Ennod., Primas., — praemeditatio (Cic.), etiam praemeditari, praeeunte Cic., ep. 60, 14, — promissio (Cic.) saepe, ut e. c. ep. 121, 7 'quae ex eo certam habeat promissionem', Aug. (**3**), — relictio (Cic. bis, Vitr. s.) in Os. I ad 4 in. 'quarum post relictionem longissimam postea fit in pristinum..statum restitutio', Jul. ap. Aug., Max. Taur., — repudiatio (Cic.): **9**, — responsio «rar.» (Freund) freq., e. c. c. Ioann. 23 'usque ad finem responsionis nostrae cohibe sententiam', adu. Jouin. I, 37, in Joel 2, 18 sqq., — sanatio (Cic. Tusc., — Tert., Lact.) c. Pelag. II, 19 al., Th. Prisc., Aug., — subuectio (Caes.) u. Hilar. 36 pro subuectione sua (naulum dare), — *translatio i. metaphora freq., u. c. in Joel 2, 18 sqq. 'sub translatione locustarum describi impetum Chaldaeorum'.

Regessimus nouicia t-io uel s-io terminata 213, (uel 223) quae omnium huius generis r e c c., deductis eis quae per glossaria tantum innotuerunt et apocryphis quibusdam, conficiunt c. $^{2}/_{13}$, id quod magnum ego duco. Quo in numero peculiaria quae dicimus Hieronymi sunt 83, nouiciorum eorum quibus usus est communi quodam linguae temporis iure (191), non computatis uidelicet eis quae S. S. uet. peculium suppeditasse uidebatur, prope dimidia pars, uniuerso generi accessio satis ampla (c. $^{1}/_{15}$ recc.). Itaque iam intellegitur, mox comparatione aliorum generum magis elucebit, Hieronymum praecipua quadam animi inclinatione hoc potissimum abstractiuorum genus amplexatum esse. Etenim omnino uoces -io finitae, quarum de usu apud Hieronymum aliquid habuimus quod annotaremus, numero sunt amplius 380, omnis uett. et recc. summae c. $^{2}/_{15}$. Multo plures profecto sunt eae, de quibus nihil notauimus, quas numerare longum fuit nec operae pretium uidebatur. In experimentum tamen per tres epistolas, 51, 55, 92, uoces -io finitas diribuimus, et inuenimus uocum, ut ita loquar, notatarum ad innotatas rationes 3 : 4, 3 : 5, 1 : 3, ergo mediam rationem 1 : 2. Vnde profecto hoc quidem colligi non licet, omnino in Hieronymi scriptis uoces -io terminatas exstare 1143, quamuis id per se haud improbabile sit, praesertim cum iam in Ciceroniano scriptorum corpore addito Caesare inueniantur huius inclinatus uoces prope nongentae, generis autem huiusce usum apud posteriores quosque inualuisse constet. At id certe, quod supra diximus, experimento illo probari uidetur, permulto plura nomina uerbalia in -io exeuntia apud Hieronymum inueniri secundum communem latinae linguae consuetudinem adhibita, quam ea quae enotauimus ut nouicia aut significatu nouata aut aliquo nomine.

Inter peculiaria Hieronymi habent sane quaedam in figuratione sui quod offendat. De eis, quae in -priuatiuam habent praefixam, 101, 103, 108, 110—13, alibi (9 ad u. in-circumcisio) disseruimus. Ad 164 cf. quietio, quod e S. S. uet. affert

DV. Displicent etiam declinata in -itio a uerbis 2 coni., ut 141, 30, et maxime 91 floritio, cuius originale participio in -itus exeunti plane caret. Cicero, figurandi uerba auctor nequaquam locuples, solus aut omnino aut inter uett. quidem habet debitio, tuitio, s. diribitio (diribitor uulg.), monitio (at admonitio .. uulg.), alia sunt, sed auctoritate non magna, e. c. habitio, territio, sorbitio.

t-, s-**us** uerbalia: *accinctus*[1]), **adoratus**[2]), cogitatus[3]), effatus[4]), **extensus**[5]), **occubitus**[6]), *prolapsus*[7]), **recubitus**, retractatus[8]), [10]*sustentatus* (**2**), *transscensus*[9]); — *excessus *transl.* quu. hebr. in Gen. 2, 21 pro ecstasi id est mentis excessu, in Os. II ad 5, 8 sq al., — *ingressus meton. (Non.) in Ezech. XIV ad 46, 19 sqq. 'introduxit me per ingressum, qui erat ex latere portae', Prud.; — *sensus pass. id, quod sub uerbis uel uerbo intellegitur, der Sinn (ut iam Quint.) saep., ut ep. 18, 5 'LXX interpretibus sensum potius ex sensu quam uerbum de uerbo exprimentibus', 121, 3 'quem sensum habeat quod in Euangelista Matthaeo (16, 24) scriptum est', in Is. II ad 3, 10 sq. 'iuxta Hebraicum .. hunc sensum habet: uae illis quia sua scelera receperunt', XI ad 38, 1 'perspicua relinquentes ea tantum in quibus latens sensus est disseramus', — ep. 106, 31 'inter maledicta et opprobria sensum non discrepare perspicuum est', adu. Heluid. 17 'fratres eo sensu, quem superius exposuimus, propinquitate, non natura'; praeterea no-

1) in Ezech. hom. 10 s. f. 'ut .. in expeditionis accinctu manifestemus caritatem nostram, quam habemus ad Deum' (c p. 6). 2) in Luc. hom. 14 'uocabulum Jesu gloriosum omni adoratu cultuque appellari', Greg. M. (Quicherat Add. Lex.). 3) ep. 22, 6, in Eccl. 7 col. 448 al. 4) in Matth. I ad 1 in. impossibile effatu. 5) in Ezech. hom. 11, 1 'aquila .. ingentium alarum et longa extensu' (ib. inf. sui extensione longissima). 6) in Soph. 1, 4 sqq. ortus stellarum et occubitus, in Cant. tr. 1 col. 513 al., i. mors «ep. 27 ex.», Vulg., Isid. sent. II, 43, 5. 7) ep. 98, 12 'aliorum socordiam et in inferiora prolapsum occasionem dedisse, ut ..' (**D**). 8) ep. 106, 49 'sic et iste retractatum cogitationum suarum μεταφορικῶς a sarculo demonstrauit'. 9) ut nom. hebr. col. 27 al.

tauimus int. cett. adu. Rufin. I, 16, 25, c. Pelag. I, 2, 7 in., quu. hebr. in Gen. 4, 6, 31, 7, in Is. III ad 7, 17, in Am. I ad 1, 5, in Mich. II ad 4, 8 sq., in Gal. II ad 3, 10, ep. 36, 3, = Gedanke adu. Heluid. 2 'ut (Spiritus Sanctus) Beatae Mariae uirginitatem suo sensu, ore meo defendat', adu. Iouin. I, 13 al.; — *status transl. das Sein (ut Tert. an. 4 'post definitionem census' — sc. animae, i. e. «ortu ex quo censetur» — 'quaestionem status patitur.. Et natam autem docemus et factam ex initii constitutione') adu. Rufin. II, 20 'de animarum statu tacuit', III, 28, c. Ioann. 9, Claudian. Mamert., cuius 'de statu animae' libri exstant; — *stratus meton. Bett ep. 130, 4 'ciliciolum in nuda humo habuisse pro stratu', u. Hilar. 31 al.; — *tractatus *meton.* (spec. contio uel commentatio de doctrina sacra) adu. Rufin. II, 24 'tractatus mei horum (LXX interpretum) testimoniis texti sunt', III, 42 'nec necesse est, ut in ecclesiasticis tractatibus rem tribunalium uentilemus', ep. 54, 11 'post Scripturas Sanctas doctorum hominum tractatus lege' al.

pA: *actus, ut HA p. 136, e. c. in Ez. hom. 3, 3 'quae illum hortantur ad conuersationem sanorum actuum', 4, 1 bonorum actuum et malorum, contuitus in Abd. 1, 2 sqq. 'aquila tanti contuitus esse dicitur, ut, cum super maria feratur nec humanis pateat obtutibus, de tanta sublimitate pisciculos natare uideat', *excursus trnsl. in Is. XV ad 54, 6 sq. liberae disputationis excursu, *nuptus meton.: nuptui tradere adu. Iouin. II, 16, al., — *pr*: incestus (Gell. «XIII, 21, 20», Cic. bis) in Is. VI ad 15 al., neglectus in Soph. 1, 4 sqq. auersionem a Domino et neglectum in Deum (**I**). — *p*: saltatus (Liu. s., — Ambr.) in Zach. II ad 8, 4 sq. al., — *n*: appetitus (Cic., recc.) c. Pelag I, 1 'quod habemus appetitum propriae uoluntatis, grunnitus (**3**). E Breu. hoc loco annotamus *prouectus* in ps. 119 per quosdam prouectus.

Nomina uerbalia in t-us (s-us) exeuntia r e c c. collegimus 309 (cf. **D** p. 130-2), quorum 11 uel 12 apud Hieronymum, qui utique multo est pronior ad -io finitorum usum.

d e n o m i n a t i u a: a p o s t o l a t u s[1], *clericatus*[2], *dia-*

---

1) adu. Iouin. I, 26 al., Vulg. 2) ep. 51, 1 clericatus honore non abuti in superbiam, adu. Iouin. I, 34 al.

conatus[3]), episcopatus[4]), municipatus[5]), **presbyteratus**, praeterea cum S. S. uet. incolatus[6]), recc. c. 1/8; — *reatus transl. q. peccatum, Sündenschuld (Tert. e. c. adu. Marc. II, 15: cur non et reatus patrum in filios quoque redundaret?) ep. 14, 9 'cum etiam conuicium in fratrem homicidii sit reatus', in Eph. II ad 3, 8 sq. 'mendacii est reatus, aliud in pectore clausum habere, aliud in lingua promere', c. Pelag. I, 33 al., Vulg., Prud.

-**ura** uerb. (et abstr. -**or**): *combustura*[1]), *conflatura* (**3*** p. 6). creatura[2]), dulcor[3]), **messura**[4]), *pastura*[5]), *rancor transl.* (franc. uet. rancoeur, nunc rancune)[6]), **stannatura** (**D**), uiror[7]); — *armatura meton. etiam gener. die Streitmacht (Amm.) in Jer. II ad 6, 22 sq. 'omnis armaturae ordo describitur'; — *cultura relig. pro cultus (HA p. 139), ut ep. 78, mans. 1 ex.; — *factura meton., ut ep. 98, 14 'ut iam factor atque factura unius naturae sint' al. (**D** p. 271); — *literatura meton. Literatur, ut adu. Iouin. I, 4 'assumam exempla secularis quoque literaturae', II, 35, in Abac. I ad 2, 9 al. (**5**, sed cf. et **8** p. 176); — *litura *al.* in Ezech. IV ad 13, 14 'ubi

---

3) in Ezech. hom. 10, 1 al. 4) adu. Iouin. I, 34 al., Vulg. (Cypr. ep. 55, 9). 5) in Ez. II ad 7 s. f. 'cuius non est municipatus in coelo', ep. 58, 2 al. 6) nom. hebr. col. 80, ep. 106, 3 al. (inscr. temp. Hadr., Ambr. in Luc. VI, 75 plur.).

1) ut in Mich. II ad 7, 8 sqq. 'in uibice et cicatrice combusturae lepram solere generari', Vulg. Leuit. 2) q. creatio ep. 140, 2 'cuius (Moysi) ore creaturam mundi.., conditionem hominis et omnis retro historiae didicimus ueritatem', in Is. XVIII ad 65, 20, saepius meton. (S. S. uet.: Rönsch Itala p. 41, Tert. «ap. 30»: cuius et coelum est et omnis creatura) ep. 21, 31 'omnis in gaudium creatura consentit', c. Pelag. I, 16 'nullam creaturam .. posse esse perfectam', 5 'quomodo in ceteris creaturis conditionis ordo seruatur', adu. Iouin. II, 4 'cum (angeli) creaturae Dei sint' et saepe. 3) in Cant. tr. 2 col. 522, ep. 108, 12 al. 4) in Gal. III ad 6, 9 'pro qualitate uel diuersitate sementis diuersas nos facere messuras' (exscr. Primas.: **D**). 5) in Os. I ad 4, 15 sq. gregis et agnorum, nom. hebr. col. 93 (**3*** p. 13). 6) ep. 81, 1 'post reconciliatas amicitias nullum intercessisse rancorem', 134, 1 al., Aug., alii (**D** p. 141), propr. Marc. Emp., Pall. 7) in Eccl. 4 col. 426, ep. 98, 19 et saep. (**3*** p. 19).

est litura, quam leuistis . . ?' (respiciens Ez. l. l.: destruam parietem, quem leuistis absque temperamento).

S. S.: fixura (Ambr.) in Luc. h. 17 clauorum al., *pressura transl. (Lact.) in Is. VIII ad 24, 13 uehemens iustorum, in Eph. II ad 3, 13 aliq. et al.; — *pA*: apertura in Zach. I ad 3, 10, Vulg., rasura saep., ut in Zach. III ad 12, 1 'ut, dum leuatur, grauissimus lapis scissuram aliquam uel rasuram in leuantium corporibus derelinquat' (3* p. 15, Scrut. p. 23); — *p*: canor ep. 60, 1, *languor pro aegrotatio (HA p. 121, Scr. p. 44), ut in Is. XI ad 38, 15 mors imminens et languoris incumbens dolor, u. Hilarion. 29 diuersis languoribus occupatos, c. Joann. 37 et saep., in ps. 16, et perinde languere reg. Pach. 41 'si . . aliquis languerit', languidus ib. 42, 46; — *u*: putor (App., Arn.) in Ez. IV ad 16, 4 sq., ep. 109, 1 al., Aug. c. Jul. IV, 14, 66, *scriptura meton., ut Scripturae Sanctae ep. 54, 11 et passim, *sudor meton. saep., ut u. Hil. 31 'hanc piscinam multo sudore (i. labore) fabricatus est', ep. 24, 3 'quae . . sudore proprio elegit, arripuit, tenuit' al., itemque sudare, ut ep. 27, 1 'uerba, in quibus tantorum ingenia sudauerunt, ut rationem uniuscuiusque uerbi magis opinati sint, quam expresserint', adu. Jouin. I, 27 al., desudare, ut adu. Jouin. I, 23 'qui sine laboris praemio desudauerunt', adu. Heluid. 5 al.

Nomina deriuatiua uerbalia in -ura recc. collecta habemus 149, quorum $^1/_{19}$ tantum Hieronymianae esse supellectilis uidimus, cum alioqui haud raro noster hoc de genere usus sit uocibus. Alteri illi generi exeuntium in -or, quorum regularis est ab infinitiuo uerbi (et praecipue quidem 2 coniug.) figuratio, omnino recentiori aetate accessisse uidentur pauca, ut sunt, praeter illa tria, a uerb. 2 coni. flaccor, frendor (nimirum exstat frendere 2 coni.) Tert., Lucif. pro Athan. I p. 854 M. et saep., Veg. u., Ps.-Fulg., frigor Th. Prisc., Aug., placor Vulg. Sirac., torror, tuor App., turgor, ualor gl., — 3 coni. ningor App., rudor App., tundor App., — 1 coni. crepor, turbor, — denom. acror, faecor, frigdor gl. (froideur)*)

*) Operae pretium uidebatur uett. quoque exempla subindere ad originationis rationem digesta. Sunt igitur a uerbis secundae coniugationis acor pA, aegror Acc., Lucr. (aegrere), albor Scrib., recc., algor, calor, candor, claror Plaut., decor, dolor, fauor, feruor, foetor, fulgor, horror, humor, languor, lentor Col., saep. Plin. (lentere Lucil.), liquor, liuor, macor pr., mador Sall. fr., recc., maeror, mucor pA, nigror pr, Cels., recc. (nigrere?), nitor, olor Varr., pallor, pator Scrib., App.,

De nominum uerbalium in **-ela** exeuntium genere (**3** n. 6) nec nouicia inuenimus ulla, et notatu digniora tantum *pr*: obsequela in Tit. 2, 3 sqq. 'ut illi (mulieri) praemium relinqueret obsequelae' (Hilar. Trin. XI, 30), et sutela in Ezech. hom. 3, 4 'quia ipse disrumpat talem sutelam et talia ceruicalia'.

t-**or** uel s-or et -**rix**: abactor[1]), **apostatrix**[2]), appara**trix** (-tor Tert.), *appetitor*[3]), **ascensor**[4]) *assumptor* (**2**), **attrectator**[4a]), **attributor**, auersatrix[5]), [10]augura**trix**[6]), *caesor*, calumniatrix, *cohabitator*[7]) et *-trix*[8]), comessor[9]), commemoratrix[10]), **compeccator**, **compilator**, *confabulator*, [20]*conflator*[11]), **confutator**[12]), consecrator, contradictor[13]), debitrix, **defensator**, demonstra**trix**[13a]), *desolator* (**D**), destructor[14]), *dictor*[15]),

pauor, [30]pigror Lucil. (pigrere pr), pudor, putor pr, recc., putror Lucr.? (putrere Pacuu., Acc., Hier. in Ezech. hom. 11, 1), rigor, rubor, splendor, squalor, stridor, stupor, [40]tardor Varr. (tardui), tenor, tepor, terror, timor, t rpor, uigor, uuor, Varr., — 57, omnium 55 1/8 % (sin subtraxeris repetenda a uerbis denominatiuis, tamen 1/2), uerbalium 0,68; — a uerb. tertiae coni.: angor, canor, clangor, fluor Cels., Scrib., recc., fragor, fremor Verg., Stat., furor, labor, paedor, [10]plangor, pluor Laber., sapor, sonor (sonere), stringor Lucr., tremor, — 18, h. e. uerbalium p. pl. 1/5; — a prim. coni.: amor, clamor, curuor Varr., error, sudor, — 7; — denique quorum quae pro primitiuis cedere possint non exstant nisi quartae coni. uerba: sopor, uagor Enn., Lucr. Praeterea denom.: amaror Lucr., Verg., caldor Varr., recc., laeuor Lucr., Cels., Plin., lymphor Lucil., tonor Quint., — 9, quae tamen forsitan omnia sint non tam linguae latinae genimina quam licentiae. Reliqua sunt, quae unde deriuari possint, nunc iam nequeat demonstrari, color, cremor, cruor, honor, lepor, luror Lucr., recc., nidor, odor, rumor, [10]uapor.

1) ep. 78, mans. 24 abactoris uel depulsoris sortitus nomen (App. M. VII, 26, Paul. sent., Firm. m., Firm. err.), alii. 2) Vulg. Ezech. 2, 3 et Hier. ad l. apostatrices gentes. 3) in Is. V ad 13 s. f., Vulg. 4) in Zach. II ad 10, 6 sq. ascensores equorum, in Naum 2, 3 sqq. (curruum), adu. Rufin. I, 32 s. f. al., Vulg. 4*a*) nom. hebr. col. 21 'musi: attrectator siue palpator meus' (hinc gloss. Paris. ap. Quicherat Add. Lex.). 5) in Jer. I ad 3, 6 et Vulg. l. l. 6) -tor S. S. uet. Deut., Ambr. 7) nom. hebr. col. 116. 8) nom. hebr. col. 63. 9) in Naum 3, 13 sqq., — comesor Vlp. Dig., Tert., comestor Vulg. Sap. 10) in Is. hom. 5, 2 'in die dominica, quae passionis Christi commemoratrix est'. 11) in Jer. II ad 6, 29 argentarius siue conflator, in Ez. VII ad 22, 17 sqq. al., Vulg. 12) uir. ill. 33. 13) ut in Tit. 2, 9 sq. 13*a*) -tor post Cic. et noster c. Ioann. 9 Isaias uirginis d. 14) in Tit. 1, 12 sqq. Paulus idololatriae destructor, in Zach. I ad 1, 18 sqq. al. 15) c. Pelag. II, 5 'tam inuolutus dictor est' (4).

[30]*dissipator*[16]), distributor (**1**) et **-trix**[17]), euangelizator[18]), **exaggerator**[19]), **exasperatrix**[20]), **excantator** (**D**), **expletor, exstructor**, *falsator* (**2**), [40]**fascinator**[21]), fornicator[22]), **gustator**, habita*trix*[23]), *ieiunator*, illuminat**rix**[24]), illusor[25]), *illustrator*[26]), impostor[27]), *incentor*[28]), [50]*incent***rix**[29]), incitator[30]), **incluser**, inhabitator[31]), initiator[32]), insidiat*rix*[33]), *instaurator*[34]), **insultatrix**, interpellatri**x**[35]), **iugulator**, [60]**iurgatrix**[36]), *lacerator*[37]), **lamentatrix**[38]), **lucrator**, negator[39]), negotiatrix[40]), **nuptiator**[41]), operator[42]) et -trix[43]), opitulator[44]), [70]peccatrix[45]) et -tor, perditrix, *perlator*[46]), *persecutor*[47]), *perscrutator*[48]), **peruerser**[49]), *plantator*[50]),

---

16) in Is. VII ad 19, 5 sqq. al. 17) Did. spir. sct. «23»: ut ita dicam, distributricem naturam Spiritus Sancti. 18) in Tit. 3, 14 euangelizatoribus Christi. 19) ep. 12, 28 'aut auctor aut exaggerator est famae' al. 20) Vulg. Ez. 2, 8, Hier. ad l. 21) in Gal. I ad 3, 1, Primas., gl. 22) ut adu. Iouin. I, 8, Vulg., eodemque modo, ut in S. S. uet., fornicatio e. c. in Jer. I ad 3 aliq. 23) in Eph. I ad 1, 4 al., Vulg. 24) nom. hebr. col. 21 et 92. 25) in Is. II ad 3, 4 et 13 al., Vulg. 26) ut quu. hebr. in Gen. pr. Tullius latinae linguae illustrator. 27) ep. 117, 8 al. 28) in Matth. II ad 15, 19 sq. malarum cogitationum, Vulg. 29) in Tit. 2, 3 sqq. 'propterea eas uult esse non incentrices, id est non accusatrices, non tales quae, ut aliis placeant, de aliis detrahant'. 30) ep. 118, 7 'athletae suis incitatoribus (γρ. unctoribus) fortiores sunt, et tamen monet debilior'. 31) ut in Mich. II ad 6, 10 sqq. ciuitatis suae al. 32) Did. spir. sanct. 50 Spiritum S. mysteriorum Dei initiatorem al. 33) nom. hebr. col. 25, Ennod. uit. Ant. p. 424 Sirm. 34) adu. Heluid. 7 Ezram eiusdem instauratorem operis al. 35) ep. 79, 1 interpellatricem duri iudicis uiduam, in Is. XVII ad 62, 6 sq. al., -tor, post uett., ep. 29, 6. 36) in Matth. III ad 18, 10 al., -tor Petr. Chrys. 37) in Ezech. IX ad 29, 1 διασκεδαστής, interfector uidelicet et lacerator. 38) Vulg. Jer. «9, 17» et Hier. ad l. 39) in Mich. I ad 4 in. impios et negatores, ep. 42, 2 al. 40) in Ez. h. 11, 1 in ciuitatem negotiatorum siue negotiatricem, Salu. auar. I, 1 mortiferarum rerum. 41) ep. 123, 7 secundus al. 42) ut in Is. VII ad 22, 10 sq. mundi, in Gal. I ad 2, 15 (Legis), ep. 100, 1 malorum operatores al. 43) in Philem. 4 sqq. 'ἐνεργής transferri potest efficax siue operatrix' al. 44) in Is. VII ad 17, 9 sq., Aug. in ps. 74, 9. 45) adu. Iouin. II, 24 peccatricem ciuitatem, c. Pelag. II, 6 mulier, et saep., Vulg. (Tert. pudic. 11 al.), -tor passim. 46) in Phil. 1 'quod Onesimus etiam perlator eiusdem sermonis fuit'. 47) ut c. Pelag. I, 30 'ut.. orem pro persecutoribus', in Is. V ad 19, 19 sqq. et saepe (Lact., scrr. hist. Aug., Hilar. in Mtth. 18, 10), postt. 48) in Eph. II ad 4, 17 sqq. 'qui physicus perscrutator oculos trans coelum leuat'. 49) ep. 57, 4 'alius te haereticum, alius insimulat dogmatum peruersorem', Greg. M. 50) in Is. XVIII ad 65, 21 sq. 'de huiuscemodi dicitur plantatore: qui plantauerit ficum, comedet fructus eius' (sec. Am. 9, 14).

praecessor[51]), **praereptor,** [80]praesumptor[52]), *praeuaricatrix*[53]), *prolator* (**2**), *propitiator*, prouocatrix[54]), **receptatrix** (**C**), remunerator[55]), repertrix, retributor[56]), saluificator[57]), [90]sanctificator[58]), *seductor*[59]), separator (**3**), **significator** (**B**), *supplantator*[60]), susceptor (Vulg.), tergiuersator[61]), transgressor[62]), *transitor*[63]), triumphator[64]), [100]*uegetator*[65]), uorator[66]), **uulnerator,** *zelator*[67]); — *assertor *transl.* (sententiae, dogmatis) saep., ut ep. 84, 8 nouorum dogmatum, it. 96, 11, ib. 16 nouae impietatis, adu. Rufin. II, 15 'dicis te non esse defensorem, neque assertorem Origenis', adu. Iouin. I, 48 Epicurus uoluptatis, in Eccl. 3 col. 417 al. (Lact.); — *auditor **q.** intellector, ut in Is. II ad 3, 3: dicendum, quod inter ceteras gratias spirituales etiam prudens auditor in ecclesia necessarius sit, 'alii enim datur prophetia, alii discretio spirituum' (1 Cor. 12, 10), quemadmodum auditio hom. 6 in Is. 3 'bifariam sciens sermonis auditionem, . . hoc est aliud eorum corporale, aliud spiritale', et saepe audire (Quint., Gell.) in Cant. tr. 1 col. 505 'qui audire Scripturas spiritualiter nouit', in Eccl. 10 col. 479; — *commentator al. q. expositor.

---

51) adu. Rufin. I, 30, III, 20 al. 52) in transl. Euang. praef. 'ea quae uel a uitiosis interpretibus male edita uel a praesumptoribus imperitis emendata peruersius sunt' al. 53) in Ezech. IV ad 14, 12 sqq. 'quatuor plagae inducuntur super terram praeuaricatricem siue, ut LXX transtulerunt, peccatricem', in Is. V ad 12, 3 al., Vulg., Aug. saep. (Ambr., ut ep. 20, 17 praeuaricatricis conscientiae), -tor, ut S. S. uet., et Hier. saepe, ut in Ez. IV ad 15 'non peccatores, sicut ceterae gentes, sed praeuaricatores exstiterunt (habitatores Jerusalem), aliud est enim neglegere quod ignores, aliud contemnere quod colueris' (**c** p. 14). 54) Vulg. Soph. 3, 1 ex Hebr. 55) in transl. Judith pr. 56) in Is. VIII ad 26, 2 sqq. aeternus bonorum operum retributor al. 57) nom. hebr. col. 63. 58) Did. spir. snct. 4, 5 al. 59) in Is. IV ad 9, 14 sqq. al. (et S. S. uet. 2 Tim. 3, 19), Aug. 60) quu. hebr. in Gen. 27, 36 'Jacob supplantator interpretatur', in Abd. 1, 1 et saep. 61) in Matth. I ad 4, 6, inc. quu. ex uet. Test. 14, App. Polem. Phys. p. 135 al., Cassiod. Inst. Diu. 33, Isid. 62) ut c. Pelag. II, 11 al. (Scr. p. 56). 63) quu. hebr. in Gen. 14, 13 'pro eo quod nos posuimus, transitori, in Hebraeo scriptum est ibri, hoc enim transitor exprimitur' al. 64) adu. Lucif. 19, in Mtth. I ad 5, 4. 65) in Is. XVI ad 57, 16 'Spiritus . . uegetator est omnium'. 66) in Mtth. II ad 11, 16 al. 67) in Naum 1, 1 'tunc zelator Dominus uenit in ultionem' (**D** n. 99).

ut adu. Rufin. I, 22 'commentatoris est officium multorum sententias ponere..', Seru., Sid., Cod. Just.; — *dictator **propr.** c. Ioann. 38 'haec ipsa apologia Isidoro praesente dictata est, ut idem esset et dictator et baiulus literarum'; — *factor gener. in Eccl. 11 col. 482 'Dei, qui factor est omnium', in Is. XI ad 38, 15, ep. 98, 18 et saep. (**4**); — *inspector in Jer. II ad 11, 18 sqq. renis et cordis; — *institutor *noue* Unterweiser adu. Rufin. III, 8 'nec damno institutores meos' (HA p. 16); — *monstrator **q.** *περιηγητής* in Is. XI ad 38, 4 sqq. 'solent sanctorum locorum in hac prouincia monstratores intra consaeptum Templi ostendere gradus domus Ezechiae'; — praecursor *transl.* adu. Jouin. II, 15 eius (Christi) Ioannes, adu. Lucif. 7 al.; — *praedicator eccl. (Hil. in Mtth. 2, 2 al.) Did. spir. sanct. 6 'mittens Jesus praedicatores doctrinae suae', in Jer. II ad 10, 23 'erubescant noui praedicatores, qui aiunt unumquemque suo arbitrio regi', quu. hebr. in Gen. 49, 27 al.; — *probator *al.* i. explorator Vulg. Jer. 6, 27 et Hier. ad l.: datur propheta populo incredulo probator robustus.. et cum probaueris, ait, et scieris uiam populi delinquentis, tunc.., in Zach. I ad 4, 8 sqq., Salu., intpr. Iren., inscr., gloss., — *protector gener. c. Pelag. I, 5 illo adiutore et protectore, Vulg., ut et protectio (Tert., decl. trib. Mar., Ambr.) c. Pel. III, 1 'nostra uictoria illius protectione et clipeo paratur'; — *quaesitor i. quaerens ali*quem* (Pacat.) in Luc. hom. 20 'iuuentus dicit quaesitoribus suis'; — *redemptor *relig.* in Is. XII ad 43, 14 redemptor eorum Dominus, in Eph. I ad 1, 7 et saep., Vulg., Aug.; — *sectator (magistri alicuius) saepe, ut in Gal. II ad 4, 19 'Paulus.., ne sectatores sui excidant a salute, ait..', III ad 5, 22 sectatores Zenonis, in Ez. hom. 3, 4 Basilidis; — *tentator *eccl.* (Juuenc.) in Is. VI ad 14, 7 sq. al., Vulg.; — *tractator *transl.* (cf. *tractatus p. 26) in Is. III ad 6, 9 'Lucam tradunt ueteres ecclesiae tractatores medicinae artis fuisse peritissimum..', adu. Rufin. I, 30 'ut solus inter ecclesiasticos tractatores eloquentiae flumine glorieris', in

Jer. I ad 1, 15 sq. 'ne calumniam faciat tractator indoctus' et saep., Aug., alii (prope idem resonat ap. nostr. doctor, ut quu. hebr. in Gen. 29, 34 et saep., cf. Vinc. Licin. p. 319 ed. Brem.); — *translator *transl.* Uebersetzer (Hilar.) saepe, ut adu. Rufin. II, 33, in Is. V ad 13, 1, et sic translatio (post Quint., — Hilar.) adu. Rufin. l. l. al.

Nouiciis apud Hieronymum uocibus accedunt eae, quas cum in S. S. translationis uet. reliquiis inueniantur, inde mutuatus esse putari potest, cuiusmodi sunt ex hoc genere adorator[1]), cooperator[2]), deuorator[3]), exterminator[4]), incantator[5]), mediator[6]), miserator[7]), saluator[8]). Itaque satis quidem multa Hieronymus adhibuit -or finita nouicia, attamen omnis recc. summae (**c** p. 53 sqq.) uix $^1/_{13}$, multa idem in illis sibi peculiaria (47)[9]), at u. c. Augustinus plus alterum tantum habet primus. Quod ad figurationem attinet, notanda sunt nuptiator, quod, etiam si exstat nuptians Max. Taur., pro denominatiuo habendum est, cuiusmodi haud pauca (**c** p. 64 n. 16) etiam ap. uett. sunt, ut aleator, uinitor, — et prorsus iam irrationale figmentum apostatrix (cf. architector Jul. Val.).

Nouiciis uocibus e Breu. accedunt: *acceptor personarum (S. S.) in ps. 140, **derelictor**: **D**, exsecrator: **3**, **mensurator**: **D**, **oblitor**: **D**, *profanator* in ps. 88 'profanatores iustificationum mandatorumque transgressores', Aug., Prud., Cod. Theod. (**4**), **sustentator** in ps. 57 'Hilarius, ut ita dicam, inter procellas mundi magnus sustentator ecclesiae', gloss.

pA: auxiliator in Is. IV ad 10, 1 Deum, qui uerus auxiliator est, X ad 31, 1 al., — detractor i. obtrectator (Tac., — Cypr.) ep.

1) in Abac. I ad 2, 18. 2) in Jer. II ad 10, 11 'qui cooperatores sunt Christi', adu. Rufin. III, 28 al. (Ambr.). 3) in Os. II ad 7, 8 sqq., Mart. Cap., Acr. schol. in Hor. 4) adu. Heluid. 10 al. 5) ep. 96, 16 magos et incantatores, in Is. II ad 3, 3 al. (**3*** p. 21). 6) in Abd. 1, 1 Dei et hominum, in Zach. I ad 3, 1 sqq., in Gal. II ad 3, 19 sq. al. (Lact., — Scr. p. 45). 7) in Is. IX ad 28, 16 sqq. al., Paul. Nol. ep. 34, 6, Cssd. in ps. 144, 8 et saep. 8) saepe, ut Did. spir. sanct. 45 (Lact.), — al. in Abd. 1, 20 sq. 'mittebat Dominus saluatores, qui populum de capitiuitate liberarent' (sc. iudices q. d.). 9) accedente **peruestigator**.

52, 14 'discat detractor, dum te uidet non libenter audire, non facile detrahere', 108, 15, in Eccl. 10 col. 474 'serpens et d. aequales sunt' et saep., cf. **I** (ut persaepe detrahere transl. de aliquo, ut iam Cic., in Eccl. 10 col. 479 'ne..de sanctis quoque facile detrahamus', sed etiam c. dat. pers., ut c. Pelag. III, 6 'detrahatur illi, cur diabolum esse permiserit', adu. Rufin. I, 11 'cur nunc Eusebio detraham?', ep. 22, 37 al., c. dat. rei, ut ep. 69, 9 'talis uir sit pontifex, ut qui religioni detrahunt uitae eius detrahere non audeant', 40, 2), — donator, ut ep. 133, 6 'semper largitor semperque d. est' al., — interfectrix **b** p. 17, — inuitator (Mart., — S. S., Tert.) in Mtth. I ad 9, 13, Zen. tr. II, 38, Aug. ad Don. 20, postt., — *latrator transl. (Quint.) adu. Rufin II, 2 contra latratores suos al., — malleator (Mart., inscr.) nom. hebr. col. 13 al. (**3**), — patrator in Is. XIII ad 50, 2 tantorum signorum al. (**9**), — *portitor i. portator (**3*** p. 42 et **I**) saep., ut ep. 143, 1 'qui huius sermonis est portitor', 68 ex. literarum, postt. (baiulus literarum ep. 103, 1, c. Ioann. 38 al.), — somniator (Sen. rh., — Tert., Cypr.) in Jer. IV ad 23, 25 sqq. 'sunt hodie quoque somniatores in ecclesia' al., Vulg., — subuersor (Tac.) nom. loc. hebr. col. 159 huius (oppidi) expugnator atque subuersor, Vulg., Alc. Auit.; — *pr*: criminator (— Tac., Lact.) ep. 130, 19 'quasi criminatorem sui operis auersatus' al., dator (Plaut., s. Verg., — Arn.) in Os. I ad 2, 9 'ut, qui ex copia datorem non senserunt, sentiant ex penuria', in Eccl. 12 col. 486, Aug., palpator nom. hebr. col. 21 (**I**), ut palpatio ib. 11, precator (— Stat., Jul. Val., Ambr.) ep. 60, 11; — *p*: calcator in Is. V ad 16, 9 uuarum al., Vulg., deceptor (**I**), debellator in Cant. tr. 2 col. 528 ceruus serpentum inimicus ac d., fundator (**9**), superator (Ou.) in ps. 28, uastator (— Sen.) in Is. V ad 13, 6 al., ultrix (— Ambr.) c. Pel. I, 37 flamma; — *u*: clamator adu. Jouin. II, 37 (**a** p. 51), *conditor q. creator adu. Iouin. II, 6 uenerari conditorem nostrum, c. Pelag. II, 24 et 25, c. Ioann. 15 al., consolator (— Sen.) ep. 39, 2 'non est optimus c., quem proprii uincunt gemitus', Did. spir. sanct. 25 al., contionator c. Jouin. I, 4 'audite patienter uoluptuosissimum contionatorem, immo..clausa aure transite', in Eccl. 1 col. 383 al., Aug., depopulator (Cic. dom., — Cypr.) in Is. V ad. 16, 3 sq. al., Vulg., Rufin. (**I**), depulsor (Cic., — Lact.) ep. 78, m. 24, disputator (Cic., Val. Max., — Ambr.) c. Ioann. 8 et 35, adu. Jouin. II, 21 al., Aug. (**3**), diuisor (spec. Cic., Suet., gener. App., Eutr.) ep. 52, 3 'ab eo quod parietem diuiserat duos ante populos separantem diuisoris..sortitus nomen' al., dominator (Cic. uel Enn. ap. Cic. s., — Lact. s.) in Eccl. 4 col. 425, in Malach. 3, 1 et saepe, explanator (Cic.) in Is. VIII ad 27, 1 al. (**a** p. 10), inuestigator (Cic. bis, Sen., — Ambr.) ut nom. hebr. col. 89, scortator (Plaut., Hor.) in Is. II ad 3, 3, ep. 77, 3 al., Rufin. Clem. recogn. II, 23, Aug. in Ioann. tr. 65, 1, susurrator (Cael. ap. Cic.) in Is. II ad 3, 3 (**I**).

-tas (cf. Zeitschrift f. vergl. Sprachforsch. N. F. III, p. 138—69): animositas[1]), contrarietas[2]), *deitas*[3]), ***dualitas***[4]), *falsitas*[5]), *filic[i]tas* (cf. **2**), *impassibilitas* (cf. **2**), impossibilitas[6]), *inconuertibilitas*[7]), [10]incredulitas (*eccl.*)[8]), **infertilitas** (**C**), **insuasibilitas** (ἀπείθεια), **iocularitas**[9]), *longaeuitas*[10]), natiuitas[11]), nimietas[12]), operositas[13]), *possibilitas* (cf. 8)[14]), prolixitas[15]), [20]*puritas*[16]), pusillitas[17]), singularitas[18]), sollemnitas[19]), *sospitas*[20]), **substantialitas**, sum-

---

1) in Is. hom. 2, 2 'sermones nostri amaritudine pleni sunt, ira, animositate', Vulg. (**4****). 2) in Eccl. 3 col. 407 (**D** p. 269 et Scrut. p. 21). 3) in Eph. II ad 4, 5 sq. 'absit, ut non sit in dominatione deitas uel in deitate dominatio', Did. spir. sanct. 18, 29, ep. 15, 4 al. (cf. **D** p. 305). 4) ut in Ezech. III ad 11, 2 sqq. 'ut a iudaica dualitate in unionem nos reuocet fidei christianae' (**3*** p. 8). 5) in Ezech. IV ad 13, 17 sqq. falsitate dogmatum suorum, c. Pelag. I, 25 et saep. 6) ep. 148, 15 impossibilitate mandatorum premi, c. Pelag. II, 2 al. (**3**). 7) Did. spir. sanct. 5 (Spiritus) eandem habens (sc. cum Patre et Filio) inconuertibilitatem (**5**). 8) ep. 36, 16 'Christus Judaeorum incredulitate compulsus proficiscitur in Galilaeam', c. Pelag. II, 14 (inf. p. 36), in Mtth. III ad 16, 28 al. 9) in Eph. III ad 5, 3 sq. 'scurrilitas.. quam nos iocularitatem alio uerbo possumus appellare'. 10) ep. 36, 6 longaeuitate moeroris compulsus. 11) saepe, ut u. c. adu. Jouin. I, 8, c. Ioann. 34. 12) ut in Is. X ad 34, 1 loca inhabitabilia nimietate frigoris et caloris. 13) quod etsi iam Quint. proposuit «VIII, 3, 55»: est etiam, quae periergia uocatur, superuacua, ut sic dixerim, operositas, usus tamen esse uidetur recc., ut post Tert. et Vop. noster ep. 34, 5 'tanta operositate quod uolebat intellegi usus est persuadendi'. 14) c. Pelag. II, 1, III, 3 al. (**D** p. 305). 15) ep. 36, 1, adu. Jouin. I, 37, adu. Lucif. 27 al. 16) Capit., Hilar. in Matth. 4, 7 uitae, — Hier. ep. 107, 6 illibatae animae, c. Pelag. III, 1, 15, adu. Jouin. I, 7 et saepe., — impuritas, quod Cic. adhuc censetur habere solus, in Is. XVI ad 57, 4 sq. 'isti (haeretici) uocant eos quos deceperunt ad.. simulacra dogmatum suorum.., uoluptates illis pollicentes siue celantes impuritates suas'. 17) ut ep. 119, 11 meae pusillitatis. 18) in Ezech. hom. 9, 1 'ubi uirtus, ibi singularitas, ibi unio' al. 19) in Cant. tr. 1 col. 501 'nemo nisi in sollemnitatibus canit', ep. 78, 12 'unde Pentecostes celebratur sollemnitas', — ep. 100, 3 (anima) in templum uersa Dei coelesti iugiter sollemnitate perfruitur habens diuitias obseruantiam legis, quae iacentes suscitat', ib. 5 'iustum est cunctos.. dignam peragere sollemnitatem, continentiis quoque ac ieiuniis redimere castitatem..' (= ritus quadragesimae?); cf. et Aug. ap. Hier. ep. 112, 15: putabant uetera sacramenta non ex consuetudine sollemnitatis, sed ex necessitate salutis esse celebranda. 20) in Is. XI ad 39, 1 'aegrotasse Ezechiam et recepisse prophetae nuntio sospitatem' al., Vulg. (Symm.).

mitas[21]), temporalitas[22]), *trinitas*[23]), *tumiditas*, [30]uerbositas[24]); — *credulitas *eccl.* (**D** p. 90 sq.), ut e. c. in Philem. ad u. 4 sqq. 'una atque eadem credulitas in Moysen refertur et in Deum, ut populus qui credebat in Dominum aeque credidisse dicatur in seruum' (cf. infidelitas), — *curiositas q. *πολυπραγμοσύνη* et meton. (Tert. ap. 25: etsi a Numa concepta est curiositas superstitiosa, nondum tamen aut simulacris aut templis res diuina apud Romanos constabat', ib. 5 omnium curiositatum explorator, praescr. haer. 40) in Gal. II ad 4, 10 sq. de superflua ciborum curiositate, — *festiuitas *meton.* in Is. II ad 3, 3 Pentecostes celeberrima festiuitas, I ad 1, 14, reg. Pachom. pr. 7 al., — in Is. IX ad 29, 1 'Judaica religione sublata omnis eorum festiuitas periit', — *gentilitas *eccl.* Heidenthum ep. 65, 16 ueteris gentilitatis et idololatriae errore contempto, 107, 2 'solitudinem patitur et in urbe gentilitas, dii quondam nationum cum bubonibus et noctuis in solis culminibus remanserunt', adu. Vig. 5 al. (cf. p. 49 *gentilis), — *humanitas meton. (App., Minuc., Arn.) ep. 55, 5 'humanitatem hoc loco dicimus non mansuetudinem et clementiam (Menschlichkeit), sed omne hominum genus' (Menschheit), — *infidelitas *eccl.* c. Pelag. II, 14 'Marcus scribit (c. 6) de Domino: et non poterat ibi ne unam quidem facere uirtutem .., et admirabatur propter incredulitatem eorum. Dominus dicitur non potuisse in Nazareth ne unam quidem facere uirtutem, et infidelitatis alienae stupore retinetur', adu. Lucif. 17 'sub rege Constantio (sc. in synodo Ariminensi) sub nomine unitatis et fidei infidelitas scripta est', ep. 60, 5 ex. al., *item* fidelitas c. Pelag. II, 22 (sic infidelis iam S. S. uet., Cypr. ep. 30, 3 al., Arn. II, 60: hoc saepius dicendum est, ut infidelium dissiliat et dirumpatur auditus, etiam fidelis sic S. S.; cf. et *perfidia inf. p. 44); —

---

21) quu. hebr. in Gen. 47, 31 sceptri, c. Pel. I, 34 pedis, adu. Jouin. II, 30 auriculae al. (**D** p. 281, Scrut. p. 23). 22) in Os. I ad 1, 1. 23) saepe, ut Did. spir. sanct. 16. 24) ep. 130, 17 'si rudes secularium literarum .. quippiam legerint, uerbositatem solam discunt absque notitia Scripturarum', 96, 6, adu. Rufin. I, 15 al. (**2**).

*medietas *meton.* moitié (?), ut Did. spir. sanct. 60 'ad eum qui medietatem pretii de agro uendito sibi reseruauit' al., sicut et adi. medius (de quo cf. HA 152, Rönsch Itala 333), ut in Is. VII ad 19, 19 sqq. 'qui mediam partem substantiae suae pauperibus repromisit', in Agg. 2, 16 sqq. col. 765 DE al. (al. medietas in Luc. hom. 2 principium et finem et medietatem seculorum al.); — *proprietas *meton.* q. idioma, proprium linguae alicuius ac gentile rei uocabulum: ep. 106, 3 'hanc esse regulam boni interpretis, ut idiomata linguae alterius suae linguae exprimat proprietate', 57, 5 'quanta praetermiserit, quanta addiderit, ut proprietates alterius linguae suis proprietatibus explicaret', in Ezech. X ad 32, 17 sq. 'lacum, quem nequaquam debemus iuxta latini sermonis (i. e. uocabuli q. e. lacus) proprietatem eum intellegere, qui graece λίμνη dicitur, sed .. quas nos solemus appellare cisternas', in Mtth. II ad 15, 30 'nos proprietatem huius uerbi (κυλλός) non habemus', ep. 51, 4 al., *al.* das Sondersein Did. spir. snct. 30 'cum proprie Saluatoris nomen sit Filius, siquidem naturae consortium et, ut ita dicam, proprietas personarum ex ista uoce signatur', ib. inf. 'salua proprietate Filii ad Patrem et Patris ad Filium'; — *sanitas *abus.* q. sanatio ep. 120, 9 'ut haberent operationem uirtutum et gratiam sanitatum', in Mtth. l. l. 'in consequentibus (u. 31) Euangelista ceterorum debilium exposuit sanitates' al.; — *sterilitas *abus.* pro penuria in Ezech. I ad 4, 9 sqq. 'sterilitatem cibi aquae auget sterilitas'; — *sublimitas *meton.* adu. Jouin. II, 4 'si altissima illa sublimitas (Lucifer) cecidit, quis cadere non possit?', C. Th. (in titulatione); — *uarietas *meton.* Buntwerk, bunte Kleidung adu. Jouin. II, 22 'regina in uestitu deaurato circumdata uarietate', Vulg., Aug.

pA: *ciuitas q. oppidum adu. Jouin. II, 29 obsessae ciuitati, nom. loc. hebr. col. 158 Ajalim ciuitas (Euseb. πόλις) in terra Zabulon, col. 158 et saep., diuersitas ep. 98, 17 'neque enim diuersitate membrorum compositus est Deus', 100, 10 temporum, formarum, et saep., mordacitas (Plin., — Tert.) in Mtth. II ad 11 in., parcitas in Eccl. 5 col. 433 'quod .. stultissima parcitate se cruciet' al., Theod.

Prisc. II chr. 19 cibi, I, 10, Pall., Macr., rotunditas nom. loc. hebr. col. 283 mons mira rotunditate sublimis, c. Ioann. 29 al., rusticitas (Ou. et pA) c. Ioann. 22 simulata, 31 mea, et saepe, scrupulositas c. Ioann. 34 'difficultas operis scrupulositatem fidei requirebat' al., scurrilitas (Quint. et Tac. dial. ss. ll., — Tert.) ep. 130, 13 'scurrilitas atque lasciuia te praesente non haheant locum', Vulg. (**D** p. 290), stoliditas adu. Jou. I, 25 'quanquam hoc solita stoliditate non uiderit' al., *uastitas q. ingens magnitudo in Eccl. 12 col. 484 'quasi in quadam tabella pinxisse totius orbis uastitatem', uitalitas c. Ioann. 26 'quod mansurum est, pristinam non recipiet uitalitatem?', — *u*: ariditas (Varr. fr., Plin., — Arn.) in Is. XII ad 42, 12 sqq. doctrinae, Vulg., fatuitas (Cic. s., recc.) in Soph. 2, 8 sqq. 'melius est.. fatuitatem eius Domini sapientia corrigi', Vulg., immutabilitas (Cic. s.) Did. spir. sct. 12 al. (**I**), largitas (Ter., Cic.) ep. 130, 12 'ubi gratia, non operum retributio, sed donantis est largitas', adu. Jouin. II, 28 et saep., Vulg., Macr., mendicitas ep. 120, 1 'mendicitate et squalore coopertus', Vulg., peruersitas (Cic., pA) in Is. VII ad 22, 8 'quanto quis in haeretica peruersitate prudentior est, tanto longius recedit a Domino', adu. Jouin. II, 21 et saep., procacitas in Eccl. 9 col. 458, 459 et saepe, qualitas adu. Jouin. II, 22 pro qualitate meritorum diuersae mansiones, in Cant. tr. 1 col. 506 'congrue unam eandemque rem pro locorum qualitate diuersis uocabulis nuncupat', it. in Is. I ad 1, 8 (cf. Lampr. Alex. 29, 3), adu. Jouin. I, 17, 36 al. (quantitas e. c. ep. 148, 6), tenacitas (rariss. Freund) ep. 39, 1 memoriae, uiduitas adu. Jouin. II, 35, Vulg., uitiositas ep. 27, 1 latinorum codicum (**D** p. 291), unanimitas ep. 126, 1 (**C** p. 17), *uniuersitas pro mundus (Scr. p. 57) c. Ioann. 17 uniuersitatis Trinitas creatrix al.

Omnium quae cognita habemus -tas finitorum r e c c. Hieronymus adhibuit prope 6 %, et eorum fere quarta pars ipsius censeri possunt peculiaria. Quod ad significationes attinet, inter abusionis exempla maxime offendit sanitas pro sanatio, cuiusmodi est etiam natiuitas Geburt, ut in Is. XVIII ad 65, 2 caecus a natiuitate, sed etiam frequentissimum apud eccl. caritas Liebe. Cum enim caritas proprie significet τὸ carum esse, uerum iam apud ueteres ad actionalem transire coeperit potestatem, ita ut significaret etiam τὸ carum habere eum scilicet (apud Cic. certe) quem quis diligit ac suspicit et reueretur, ut deos, patriam, parentes (Cic. part. 16), mox omnem amorem, u. c. etiam parentum in liberos, remoto dumtaxat cupidinis affectu, hanc quoque distinctionem apud recc., ut Hieronymum,

concidisse uidemus, e. c. ep. 107, 7 'caritatis iaculo uulnerata', et caritas prorsus pro amor uel dilectio usurpari, u. c. in Is. XIV ad 50, 10 sq. 'perfecta dilectio foras mittit timorem, qui autem timet, non est perfectus in caritate', praecipue quidem de mutuo inter Deum et homines et christianorum fraterno inuicem affectu sollemniter dici.

Denique e Breu. sublecta habemus: *aduersitas (*opp.* prosperitas) ut in ps. 21 al., Aug., Cassiod., *christianitas* in ps. 30 al., Aug., Salu., Cod. Theod., duplicitas (Lact.) in ps. 35 cordis, Aug., longanimitas (S. S., etiam Vulg.) in ps. 56, cf. **3**, numerositas in ps. 77 uirtutum, in 118 uitiorum, profunditas in ps. 17 Scripturarum al., *superfluitas* (**C**) in ps. 51 diuitiarum, tortuositas: **3**.

-tudo, -edo: *disertitudo*[1]), grossitudo (Vulg.), *hebetudo*[2]), inquietudo[3]), largitudo[4]), **laxitudo**[5]), *rectitudo*[6]), — nigredo[7]), *scabredo*; — *fortitudo *syn.* uis, uirtus ep. 98, 13 'quod (sc. miraculum panium) Christi fortitudo perfecit', ib. 17 al., *meton.*, ut in Mich. II ad 7, 8 sqq. 'prodest fortitudines pessimas (daemones dicens) inter se non habere concordiam' et saep.*), — *uirtus transl. q. uis, efficacia, plur. q.

---

cerebro lapidem illidimus'; — *incredulus act. eccl. saepe, ut e. c. in Is. V ad 22, 10 'quia semper Dei praeceptis increduli fuerint' (Tert. res. carn. 36: uirtutis Dei incredulos al.), pass. in Is. V, 21, 6 sqq.; — *seculum eccl. Zeitlichkeit, Welt saepiss., ut in Eccl. 9 col. 459 'ut dicant eos (mortuos) sub hoc seculo nullam habere communionem, habere uero sub alio seculo', 10 col. 475 sapientes seculi, ep. 127, 9 'nonnullos monachorum maximeque seculi homines', 125, 16 'postquam renuntiauere seculo' (cf. secularis p. 50; — *it.* mundus, ut ep. 76, 2 quosdam mundi philosophos, adu. Jouin. I, 47 recedentes e mundo, in Naum 3, 8 sqq. 'Niniuen mundum istum interpretati sumus' et saep., cf. mundialis p. 49); — *spiraculum abus. pro spiratio, spiratus Eus. chron. col. 42 'cuncta in quibus erat spiraculum uitae' al. (Vulg. Gen. 2, 7 al., — Tert. *cor. 5*: flores.. spectaculi et spiraculi res, Juuenc.); — *sustentaculum it. *abus.* pro sustentatio in Ezech. XIII ad 44, 6 sqq. 'si non ad delicias.., sed ad necessitatem naturae et corporis istius sustentaculum cuncta faciamus' (pr., ut Tac. uictoriae s., in Ez. IX ad 30, 1 sqq. al., Aug. ench. 91 al.); — *titulus c. Pelag. I, 32 'ponis in titulo Ne leuiter quidem esse peccandum', ib. sup., in Is. III ad 6, 1, adu. Rufin. I, 13 'octogesimum nonum psalmum, qui scribitur Contio Moysi hominis Dei, et reliquos undecim, qui non habent titulos', in Malach. pr., ep. 112, 3 'librum, qui titulum non haberet' al. (Gell., Lact.).

pA: gerula ep. 107, 4 (infantis) al. (Solin., Tert.), offendiculum in Ez. XIII ad 44, 9 sqq. 'fuerunt domui Israel in offendiculum iniquitatis', in Is. XIII ad 49, 8 sqq., Vulg. (et S. S. ap. Tert.), Paul. Nol.; — *pr*: edentulus ep. 128, 3 (Tert., Arn.), — *p*: querulus adu. Helu. 14 al. (et Curt., Pl. ep.), tinnulus ep. 128, 1 uoce tinnula al. (et Quint.), uolutabrum in Matth. I ad 7, 6 'porcus qui uersatur in uolutabris luti' al., Vulg., Salu. (Arn.); — *u*: uocabulum i. nomen (Sall., Tac.) freq., ueluti quu. hebr. in Gen. 16, 7 'Regma et Sabathaea paulatim antiqua uocabula perdidere, et quae nunc pro ueteribus habeant ignoratur'; in Eccl. 7 col. 436 ut ad tuum uocabulum cuncta posteritas delectetur', ep. 126, 2 'ita animus meus confusus est, ut, iuxta uulgare prouerbium, proprium quoque ignorem uocabulum', in Is. XVII ad 62, 18 sq. 'qui nequaquam filiorum uoca-

bulum perdiderunt, sed per poenas retrahuntur ad poenitentiam', nom. loc. hebr. col. 282, in Zach. II ad 8, 13, in Luc. h. 14 (sup. p. 25 n. 2).

Congenera his sunt uerbalia in -us (-a masc.), -uus, -iuus, -is, -ilis, -bilis, -tilis (-silis), quorum generum figmenta nouicia, si exceperis -iuus et -bilis finita, quae inf. seorsum tractantur, et composita quaedam, pauca inueniri apud Hieronymum doctus lector non mirabitur:

ardue[1]), *conflatilis*[2]), incongruus et -ue[3]), *incubus*, iugiter (A n. 52)[4]), natatilis[5]), *reptilis*[6]), superflue[7]); — *accola *pro* incola nom. loc. hebr. col. 135 'oppidum postea retentum a Moabitis, cum priores accolas subuertissent', ib. col. 178 'ex hoc oppido tribus Manasse accolas pristinos non potuit expellere', ib. inf., col. 143, in Ez. hom. 4, 1 'si peccauerint ciuitatis aut loci alicuius accolae' al. (Capit.: HA p. 53)[8]); — *maleficus s. *spec.* syn. magus, incantator, ut u. Hilar. 20, ep. 45, 6 al., Cassiod. Var. III, 1, Cod. Just.*).

---

1) adu. Lucif. 15. 2) in Os. III ad 11, 1 'quodcunque simulauerint quasi sculptile colunt atque conflatile' al., Vulg. 3) Did. spir. snct. 62 'de his nominibus nostris et incongruis uocabulis', ep. 74, 3 'ne cui uideatur incongruum, si meretrices dicantur synagoga et ecclesia', c. Ioann. 7 al., incongrue in Ez. h. 4, 8 al., congrue in Os. I ad 5, 6 sq. al., — congruus (Plaut.) in Agg. 2, 11 sqq. 'et facit opus congruum templo' al. 4) saepe, ut adu. Rufin. I, 9, adu. Jouin. II, 25.. (adi. e. c. u. Malch. 8 iugi susurro). 5) ut adu. Jouin. II, 6 'nullum animal tam reptile quam uolatile et natatile', Aug. haer. 46, Praedest. I, 46 natatilia (animalia). 6) adu. Jouin. l. l., Vulg. Ez. 8, 10 reptilium et animalium (quod Hier. ad l. dicit in LXX non haberi, ergo nec in uers. uet. lat.). Nota in utroque adiectiuo significationem actiuam; cf. e. c. deletilis, fertilis, uolatilis, sudatilis Cassiod. 7) ep. 106, 44 'hoc superflue sciatis appositum, quod nec Hebraeus habet nec LXX interpretes, Did. spir. snct. 21 al. 8) Ceterum solito more ep. 129, 3: sanctos huius terrae non habitatores esse, sed accolas atque peregrinos.

*) *S. S.*: consutilis in Eph. II ad 4, 28 'tunica ecclesiae.. nulla ex parte consutilis' al., reprobus (ἀδόκιμος) in Eccl. 5 col. 428 'ut talia sentientem tradat in reprobum sensum, ut facias ea quae non conueniant' al., Aug. in ps. 36 s. 1, 2, in 45, 6; — *pA*: interrasilis in Ez. XII ad 41, 13 sqq. 'ut (fenestrae) non speculari lapide nec uitro, sed lignis interrasilibus et uermiculatis clauderentur', Venant.; — *pr*: perpes ep. 107, 10 'ut longo itineri uires perpetes superent' al. (HA p. 115); — *p*: irriguus in Is. V ad 15, 9 propter irriguos agros al. (Sen.),

-iuus: *appellatiuus*[1]), **concupiscitiuus**, **disiunctiue**[2]), *dispensatiue*[3]), imperatiuus act.[4]), **incorruptiuus**, **irascitiuus**, *nuncupatiuus*[5]), *optatiuus*[6]), [10]passiuus (pandere)[7]), putatiue[8]) et -tiuus[9]), substantiuus[10]), uocatiuus[11]); — *incentiuum transl., ut Did. spir. sanct. 60 'per cogitationes et incentiua uitiorum', adu. Rufin. II, 7, in Ezech. IV ad 16, 10 libidinis al. et freq. eccl.; — *primitiua plur. *q*: ius primum geniti, ut quu. hebr. in Gen. 25, 30 'quod rubro cibo uendiderit primitiua sua', it. in Mich. II ad 5, 6 al., Vulg. (pro quo saepius primogenit*a* habet, ut in Abd. 1, 1 'quia . . primogenita uendiderit', ep. 73, 6 al., Vulg., Aug.).

S. S.: corruptiuus ep. 69, 7, 119, 5 al.; *pA*: abusiue Did. spir. snct. 38 'omne uerbum quod loquimur καταχρηστικῶς id est abusiue est, et de incorporalibus cunctis et maxime cum de Trinitate loquimur', deminutiue in Ez. IV ad 16, 12 al., all. (Suet. fr., — adi. Tert., Diom., all.).

Ad singularia nostri 2 et 7, quae insolenter a praes. inchoatiuae formae affigurata sunt, conferri tamen possunt complura a praes. declinata in -iuus, non sane usitatissima ple-

---

praesagus in Eccl. 4 col. 426 (Tac.), praescius ep. 79, 2 quasi uicinae mortis (Tac., — Lact.); — *u*: indissimilis Didym. spir. sanct. ‹36› eadem et indissimilia (Varro?).

1) in Mich. I pr. 'appellatiua nomina uertuntur in propria' al., Charis., Ps. Asc., Prisc., al. Ambr. 2) in Is. hom. 2, 1 'in profundum et in excelsum non disiunctiue esse dictum' (adi. Gell., Dig., recc.). 3) ep. 112, 14 'ex quo apparet, qui sub Lege est, non dispensatiue, ut uostri uoluere maiores, sed uere . . eum Spiritum Sanctum non habere', Aug., postt. (adi. Aug., postt.). 4) in Eccl. 8 col. 450 'imperatiuo modo dicentibus: os regis custodi', in Cant. tr. 1 col. 506 al. (Charis.), — pass. Macr. 5) in Is. hom. 6, 5 'cor nuncupatiuo cum corporeo corde uocabulo animae nostrae principale nominatur' (c p. 13). 6) in Os. III ad 14, 1 'imperat et, ut uerius dicam, optatiuo modo loquitur, ut Samaria pereat' (Charis., Diom.). 7) in Os. I ad 4, 13 'in Lege praeceptum est, ut non sacrificetur nisi in loco quem elegerit Dominus Deus, . . ne scilicet passiua et uoluptuosa religio auctoritatem unius et uerae religionis euertat', ep. 72, 3 'scorta passiua, quorum non erat numerus' al. 8) ut c. Ioann. 23, 24, 25 al. 9) ut in Gal. II ad 4, 4 sq. 10) ut Did. spir. snct. 25 non ut substantiuas, sed ut accidentes. 11) in Zach. I ad 2, 6 sqq. casu uocatiuo al.

raque, ut cadiuus et recidiuus, nociuus, seciuus et subsiciuus, ceteraque, quae **3*** p. 31 n. 5 composuimus.

Adiungimus uicini huic adiectiuorum uerbalium in **-icius** exeuntium generis exempla quae inuenimus duo: *arrepticius* (Vulg.) et **mixticius** (mestizo) in Ezech. IX ad 30, 1 sqq. 'omne reliquum uulgus, quos hibridas atque mixticios LXX transtulerunt' al.; cf. commixticius, quod legitur S. S. uet. in Ezech. et Naum 3, 17 ex LXX ap. Hier. ad l., qui addit 'in commixticium, quem nos possumus uulgus ignobile et de diuersis gentibus hinc inde populum congregatum intellegere', deinde autem substituit suum illud mixticius. Alioqui pro arrepticius Breu. habet in ps. 33 **arreptiuus** 'pro qua causa adduxisti istum hominem arreptiuum et furibundum super me?'. Annotamus etiam -idus finitum uerbale nos unum inuenisse apud nostrum nouicium scabidus (**3*** p. 17).

-bilis: *abominabilis*[1]), appetibilis[2]), *capabilis*[3]), *conspicabilis* (**c** p. 9), *contemplabilis*[4]), contemptibilis[5]), conuertibilis[6]), creabilis[7]), culpabilis[8]), 10 *desperabilis*[9]), **diligibilis**[10]), diuisibilis[11]), **gemibilis**[12]). immarcescibilis[13]). **imparticipabilis,** impassibilis[14]), *importabilis*[15]), impossibilis et possibilis[16]), 20 **impotabilis,** *imputribilis*[17]), inces-

1) ut in Is. I ad 1, 14 al. (**8***). 2) ep. 123, 2. 3) pass., ut Did. spir. snct. 5 'capabilis, non capax' al., Aug., Cass., act. intpr. Iren., Cassiod. 4) pass. in Is. XVII ad 63, 4 sq. nec oculis contemplabilis (**c** p. 9). 5) ut ep. 146, 2 'presbyteros turba contemptibiles facit'. 6) Did. spir. snct. 5, 13 al. 7) Did. spir. snct. 12. 8) ep. 148, 5 'ibi fecisse, hic non fecisse culpabile est', 119, 10, adu. Rufin. III, 5 al. 9) in Jer. III ad 17, 9, Vulg. s. (**2**). 10) in Phil. u. 1 'dilectus appellari potest et ille qui dilectionem non meretur, diligibilis uero is tantum, qui merito diligitur'. 11) Did. spir. snct. 13. 12) in Ezech. II ad 5, 15 'et erit στενακτή id est gemibilis'. 13) adu. Iouin. I, 39 al., Vulg. 14) ep. 100, 10 'impassibilis diuinitatis permanens maiestate' al. (passibilis, ut l. l., et S. S. uet.). 15) in Jer. IV ad 23, 33 sqq. 'plenum ponderis ac laboris et importabile' al. 16) Haec quanquam praeiuerat iam Quint. recc. tamen supellectilis censenda sunt; quae et noster saepe usurpat, ut ep. 79, 3 'quomodo, quod apud hominem impossibile est, apud Deum possibile fiat', c. Pelag. I, 10 et 14 al. (cf. Scrut. p. 21). 17) in Cant. tr. 2 col. 522 cedrum imputribilem al., Vulg., Aug.

sabili*ter*[18]), inconuertibilis[19]) et **-ter (B et 3)**, [23a]**inconuincibilis (D)**, **indicibilis**[20]), *indissociabilis*[21]), indiuisibilis (cf. 12)[22]), ineffabili*ter*[23]), **infrangibilis**[24]), inoptabilis (1), [30]*inscrutabilis*[25]), inseparabili*ter*[26]), interminabilis (cf. 51)[27]), **intransibilis, inuenibilis (A** p. 16*), inuisibiliter[28]), *irascibilis* (cf. 14)[29]), irrationabilis[30]) et -ter[31]), **irrecusabilis**, irremissibilis, [40]irreprehensibili*ter*[32]), lacrimabili**ter** act.[33]), *mensurabilis*[34]), **motabilis**[35]), *palpabilis*[36]), *participabilis* (cf. 15)[37]), rationabiliter[38]), **reptibilis**[39]), *rotabilis*[40]), *secabilis*, [50]*tangibilis*[41]), **terminabilis (2** et **D** p. 291), uendibili**us** adu., **uolutabilis**[42]); — *insensibilis *act.* in Eccl. 7 col. 442 'ne se dicat insensibilem et stolidum a Deo esse generatum', in Is. II ad 5, 14 sq. al., — *praestabilis *al.* (praestare trans.) Vulg. Joel 2, 13 et Hier. ad l.: est enim benignus et misericors.., et praestabilis, ut, si nos egerimus poenitentiam, et ipsum poeniteat comminationis suae, — *sensibilis *act.*, ut ep. 98, 7 (pass. e. c. ep. 98, 10, in Is. III ad 7, 10 sq., *adu.* in Is. hom.

---

18) ep. 64, 19; adi. (post S. S. uet., Cypr., Ambr.) ep. 121, 9 dolor al. 19) Did. spir. snct. 5 al. 20) in Is. hom. 6, 1, Max. Taur., all. 21) Did. spir. snct. 40. 22) Did. sp. sct. 9. 23) in Joel 2, 12 sqq. i. clementem, sed adi. ep. 96, 3 al. iam Plin. 24) in Jer. III ad 17, 1 'lapis adamantinus, qui ex eo quod indomitus sit et infrangibilis hoc nomen accepit'; frangibilis Thom. Thes. p. 22. 25) Vulg. Jer. 17, 9 al., Aug., Prosp. 26) Did. spir. snct. 4 al. 27) in Ez. IX ad 28, 11 sqq. interminabiles quaestiones al., Sid. 28) Did. spir. snct. 31; adi., e. c. ep. 98, 10, iam Cels. 29) in Mtth. II ad 13, 33 'τὸ θυμικόν, quod dicamus plenum irae uel irascibile', Firm. m., Aug. (?) ad fratr. erem. s. 9: fortiter spiritum irascibilem continere, Dionys. Exig. (2). 30) in Ezech. IV ad 13, 4 sqq. 'isti congregauerunt irrationabiles quosque', adu. Lucif. 19 al. 31) adu. Lucif. 4, in Cant. tr. 2 col. 516 al., C. Aur., Prisc. 32) ut Did. sp. sct. 11, adi., post S. S. uet. et Tert., ep. 148, 16. 33) ut ep. 98, 19 al., adi. sic, post Verg., c. Pel. II, 23 al., Vulg. 34) in Os. I ad 1, 10 non mensurabilem Israel, Prud., Cl. Mam. an. 35) nom. hebr. col. 90, Vulg. 36) in Is. X ad 32, 9 sq. al., cf. **B** p. 423. 37) Did. spir. snct. 8 al., intpr. Iren., Chalc. 38) ep. 39, 4 'ne.. uidereris r. errare' al. (App., Cypr. ep. 73, 3, Lact., Amm.), adi., post Sen. all., in Jon. 3, 6 sqq. 'rationabiles creaturae' et saepe, al. q. rationi consentaneus adu. Jouin. I, 37 rationabile obsequium al. 39) i. reptilis Euseb. chron. col. 42 'omnium reptibilium quae reptabant super terram', Boeth. 40) nom. hebr. col. 101, Amm., Aug. 41) ut c Ioann. 27. 42) nom. hebr. col. 95.

8, 2: sensibiliter adhortando eos qui ueniunt ad fidem), — *uisibilis pass., ut ep. 98, 10 (act. Plin.).

Hoc genus figurae cum mirum in modum luxuriet apud recc. (quippe quorum sint ¾ -bilis finitorum, nisi uero amplius: cf. **3*** epim. II), in Hieronymi quoque scriptis exempla eius animaduertens exstare crebra, ut quibus finibus hic usus apud eum contineatur pernosci possit, omnia quae occurrebant enotare institui, atque exinde praeter supra regesta inueni 91 alia in -bilis exeuntia (11 e. S. S. uet. suppellectile), quorum delectum quendam habes subterannexum *). Itaque comparatione quidem aliorum quorundam recc. satis moderate ac sobrie hoc genere abusus esse uidetur Hieronymus Auxit profecto et ipse recc. copias, graeca interpretandi potissimum difficultate compulsus, omnis tamen illius abundantiae nonnisi c. 7 % adhibuit, uniuer-

---

*) *S. S.*: acceptabilis adu. Iouin. II, 6 'Deo acceptabilem continentiam' al., concupiscibilis in Matth. II ad 13, 33 al., corruptibilis in Is. VII ad 19, 12 sqq. (homo) al., inaccessibilis, ut in Ez. I ad 3, 12, incorruptibilis in Is. XI ad 40, 6 sqq. incorruptibile corpus accipiens al., in-inuestigabilis **3** (Rom. 11, 33 ap. Tert. et Hier. ep. 21, 39) et in-uestigabilis, ut in Abac. I ad 1, 1 'nescientes iudicia Dei inuestigabilia', reprehensibilis, ut ep. 112, 8; — *pA*: incomprehensibilis, ut in Is. XIII ad 46, 3 sqq. (*-ter* **c** p. 11), ineuitabilis in Mtth. II ad 12, 33 '*ἄφυκτον* nos ineuitabilem possumus appellare', infatigabilis, ut ep. 108, 26, innauigabilis (Liu.) in Ez. IX ad 30, 1 sqq. 'ubi Nilus innauigabilis est et cataractarum fragor', insolubilis ep. 120, 10 (quaestio), intellegibilis (Sen.) in Is. III ad 7, 10 sq. '*αἰσθητά* et *νοητά*, quae nos possumus sensibilia dicere et intellegibilia' al. (**D** p. 287), irremediabilis in Is. I ad 1, 6 al., persuasibilis act. (Quint. intpr. *πιθανός*) in Gal. III pr. al.; — *pr*: conducibilis in Eph. II ad 4, 20 sq., indomabilis (Plaut.) in Jer. IV ad 23, 29 sqq. 'corda dura et instar silicis indomabilia' al. (**3**); — *p* (uel p et Plin. uel Sen.) inconsolabilis in Eccl. 4 col. 418 dolor (Ambr.), indelebilis in Jer. III ad 17, 1 peccatum (**2**), inextricabilis in Is. III ad 7, 21 sqq., intractabilis in Is. VII ad 21, 11 sq. al., numerabilis ep. 122, 3 (Arn. III, 5), Cl. Mam. an.; — *u*: honorabilis (Cic. s.) in Is. XII ad 43, 1 sqq. al., Vulg., Amm., Aug., inexstinguibilis (Varr. fr.) in Is. IX ad 30, 25 (S. S. uet., Tert. adu. Prax. 1, Arn., Lact., Hil. in ps. 119, 5), placabilis pass. in Is. XII ad 42, 1 sqq. al., act. (Ter., — Lact.) in Is. XVII ad 60, 6 sq. hostiae al., plausibilis ep. 118, 1 plausibilis eloquii uenustatem, in Zach. II ad 7 ex. His iungimus e Breu. nouicia: inuiolabili*ter* in ps. 14 'qui praecepta Dei i. custodierit', Aug., Boeth., odibilis (S. S., etiam Vulg.) in ps. 13: 'abominabiles facti sunt', id est odibiles, **reformabilis: D**, praeterea non animaduersum ap. Hier. dissolubilis (Cic. s., recc.) in ps. 38.

sorum -bilis terminatorum $12^{3}/_{4}$ %. Quod ad significationis genus attinet, cum actiuam h. e. participii praes. significationi congruam aut habeant aut recipiant -bilis finitorum c. $22^{1}/_{2}$ %, Hieronymus actiua potestate usurpat 14, h. e. omnis summae c. $^{1}/_{3}$ %, suorum $^{1}/_{10}$. Figurationis intuitu inter peculiaria Hieronymi unum offendit 'capabilis', portentuosum illud quidem, uiuax tamen, cum quo quod conferri possit non inuenio, nisi forte perspicabilis Aug., Amm. Si ipse illud primus affigurauit Hieronymus, forsitan inductus fuerit opposito capax.

-bundus: fluctuabundus[1]), furibund*e*, gloriabundus[2]), iactabundus (**3**), laetabundus[3]).

Nec peculiare in his ullum Hieronymo uel aetati eius, et alia huius generis adhibuit quidem noster, u. c. gemebundus (**1** n. 1), mirabundus in Os. I ad 4, 10 sqq., uerum neque crebro nec multa. Alio loco accuratius de hoce deriuatiuorum uerbalium genere disserturo mihi hic interim indicem exemplorum eius pro tempore plenissimum interponere placuit, in quo, ut consueuimus, ea quae recc. auctoritatis sunt obliquis literarum formis discriminauimus, uoci cuique auctorem fere adscripsimus ad nos primum uel etiam solum: *adminiculabundus* Itin. Alex., *aestuabundus* Pall., amorabundus Laber. s(olus)*), *amplexabundus* Jul. Val. eum, *anhelabundus* gloss., *aucupabundus* Tert. animas, *aurigabundus* Jul. Val., *auxiliabundus* App., bacchabundus Curt., 10 *balabundus* Cypr. ep. 45, 3 (?), *cadabundus* Thom. (thes. nou. lat.) p. 179 Mai. al., cantabundus Petr., *carminabundus* Sidon., cassabundus Naeu., Paul. ex Fest., *cauillabundus* Tert., *causabundus* Prisc., *certabundus* App. s., *cessabundus* Th. p. 142, cogitabundus Hyg. f., recc., 20 comissabundus Liu., *commentabundus* Tert., *comminabundus* Tert.,

1) in Ez. hom. 3, 1 'uagus, fluctuabundus, circumlatus omni uento doctrinae' (Cypr., Ambr.), [Rufin.] comm. in Os. (2), Aug. 2) in Eccl. 8 col. 449 'quid boni homini dederit Deus, quasi gloriabundus enumerat', in Zach. I ad 2, 6 sqq. al. (Gell., Lact.). 3) ep. 123, 11 al., Vulg., — quam uocem tametsi exstat Hyg. fab. hic tanquam recc. habere non dubitauimus.

*) quod interdum adscribere supersedimus.

conabundus Beda orth., *conciliabundus* gl., *consolabundus* gl., *conspicabundus* Mart. Cap. s. uirginem, *contemplabundus* Tert. s. (c. acc.), contionabundus Liu., *contremibundus* S. S. uet., [30]cruciabundus Cypr. s., cunctabundus pr, Liu., Tac., recc., deliberabundus Liu., deplorabundus Plaut., deprecabundus Tac. s., *eiulabundus* Jul. Val. s., errabundus Lucr., B. Afr., all., *excusabundus* App. s. se, *exsulabundus* gl., *exsultabundus* Justin., Sol., [40]*fabundus* Th. p. 215, *famulabundus* Tert., Vulg., festinabundus Val. Max., recc., *flammabundus* M. Cap. s., *fluctuabundus, fluibundus* M. Cap. s., *fumabundus* S. S. uet., *fumigabundus* S. S., furibundus Cic., all., *gaudibundus* App., [50]gemebundus Pind. Theb., recc., *gloriabundus* Gell., gratulabundus Liu., haesitabundus Plin. ep. s., hinnibunde Quadrig., *iactabundus* Gell., *iactitabundus* Sidon., *imaginabundus* App. s. (c. acc.), *imperitabundus* gl., *in-cunctabundus* Consult. Zacch. et Apoll. s. (cf. 31), [60]indignabundus Liu., *in-pudibundus* Th. (cf. 106), *insultabundus* Aug. s., iocabundus Val. Max., lacrimabundus Liu., laetabundus, *lapsabundus* Julian. contempl., *lassabundus* Rufin. s. (c. sign. passiui), *latitabundus* Sid., *laudabundus* Charis., [70]lixabundus Plaut. Stich., P. Diac., gl. Is., *luctabundus* Th. p. 322, ludibundus Plt., Cic., *ludificabundus* Sid., lurchinabundus Cat. s. (cf. 129), *meditabundus* Just. c. acc., *mendicabundus* Aug., *minabundus* Th. p. 358 (cf. 22), minitabundus Liu., mirabundus Liu., [80]moribundus Cic., *munerabundus* App. s., *murmurabundus* it., *mussitabundus* gl., *mutabundus* Chrysol. (C: ad signif. cf. 30, 67, 113, 135, 138, 141), *natabundus* Jul. Val. s., nauseabundus Sen. s., negibundus Fest. (*negabundus* On. lat. gr.), *nitibundus* Gell., *nixabundus* Jul. Val. s., [90]noctuabundus Cic. s., *noscitabundus* Gell. s., *nutabundus* App., *oscitabundus* Gell. «IV, 20 lemm.», Sid., osculabundus Suet., App., *otiabundus* Sid., *palabundus* Tert., *parabundus* gl., *parturibundus* Mir. S. Steph., *pauibundus* Arn. s., [100]peregrinabundus Liu., *periclitabundus* App., *plorabundus* Porph. (cf. 33), populabundus Sis. c. acc., Liu.,

praedabundus Sall., *precabundus* Pacat. (cf. 34), pudibundus Hor., all., *pugnabundus* Th. p. 414, queribundus Cic., ppA, reptabundus Sen., gl., [110]ridibundus pr, *rimabundus* App. haec, *rixabundus* Th. p. 507 al., *rotabundus* Chalc., ructabundus Sen. s., *rudibundus* Aldhelm., *rugibundus* id., ruibundus inscr. Pompei., *saltabundus* Gell. s., *salutabundus* M. Cap. Jouem, [120]*scrutabundus* Chalc., *sitibundus* On. lat. gr., speculabundus Tac., c. acc. Suet., *spumabundus* App. s., *stabundus* Th. p. 511, *stomachabundus* Gell. s., sudabundus Paneg. in Pis. s., tentabundus Liu. s., tremebundus Cic., all. (cf. 29), tuburcinabundus Cat., [130]uagabundus Fenest., recc., *uastabundus* Amm., uenerabundus Liu., c. acc. Curt., *uentilabundus* Chalc. (?), uerberabundus Plaut. frgm., uersabundus Lucr., Vitr., uertilabundus Varr., *uibrabundus* M. Cap., *uisabundus* It. Alex. pass., uitabundus Sall. c. acc. (cf. 4, 6, 26, 27, 37, 57, 75, 94, 111, 119, 122, 132), [140]*undabundus* Gell., uolutabundus Cic. s., — 141 (quo de numero index ap. Ruddimann. Inst. Gramm. Lat. t. I p. 309 sq. ed. Lips. habet tantum 58), recc. 89 (cum 8 Gell.), pA 35 (cum 10 Liu.). Verum hoc lector doctus statim peruidet, de tot huius figurae exemplis pauca fuisse usu publico celebrata ac trita.

Participia **nominaliter** usurpata ac declinata: **ambigenter**, coacte[1]), competenter[2]), *constricte*[3]), *consummate* (c p. 9), **cooperte (9)**, **deficienter**[4]), *dignanter*[5]), **diuisim**, [10]*gratanter*[6]), iactanter[7]), *in-animans*[8]), **inanimatus**[9]), **incaptus**[10]), in-

1) saepe, ita plerumque ut significet q. per uim, ut in Mtth. I ad 10, 29 sqq. 'quidam c. duos passeres (u. 29) animam et corpus interpretantur' (2), al. q. presse, breuiter (Gell.) ep. 46, 3 'ut coactius disseramus' al., C. Aur. (1*). 2) ut comp. ep. 65, 4. 3) in Ezech. XIII ad 44, 17 sqq. 'non eos uiolenter, arcte atque c. instar uinctorum esse cingendos', comp. Aug. 4) i. elliptice in Is. hom. 7, 4: 'non gens ad deum suum'. Deficienter autem dicitur: non gens ad deum suum exquiritur. 5) in Jon. 2, 6 'anima, quam cum corpore pro salute nostra d. assumpsit' al. (3* p. 8). 6) in Ezech. hom. 3, 3 'cum aliquis.. loquitur quae gr. accipiant'. 7) ep. 112, 11 (Amm.), Aug. c. Jul. V, 9 'arma tua obtusa i. uentilas', Ennod. u. Epiph. p. 365; comp. iam Tac. 8) in Ezech. XIII ad 44, 29 sq. 'primitiua sunt animantium et inanimantium quae prima nascuntur' (Firm. m.). 9) in Dan. 3 in. 'ut.. res inanimata adoretur ut deus' al., Boeth. 10) in Ez. XIV ad

circumcisus[11]), *incircumscriptus*[12]), **incommonitus**[13]), *inconcusse*[14]), **inconfectus**, [20]inconsequens et *-ter*[15]), inconsideranter, **inconsutus**, [25a]**incontritus** (**D**), *increatus*[16]), inculpate[17]), incunctanter[18]), indesinenter[19]), **indiscissus**, *indolatus*, [30]**indolens**[19a]), indubitanter[20]), **ineffectus**, *inemendatus*[21]), **ininterpretatus**, illic*ite*[22]) (cf. 42), imperfecte[23]), **impoenitens**[24]), **impraeparatus**, improspecte, [40]*insubiectus*, **inuittatus**, licite (**2** et **c** p. 66), maritata *subst.*[25]), obseruate[26]), peccan*tius*[27]) — et alia eiusdemmodi, ut iustifica*tior*[28]), saginat**ior**[29]), delicatissime[30]) . . —, **perliteratus**[31]), [50]**sacratim**[32]) (cf. 9 et 52), *signanter*[33]), sparsim[34]), statutum *subst.*[35]), **subrepente**, [55]sufficien-

---

47, 6 sqq. 'et nihil remansit incaptum'. 11) in Is. XIV ad 52, 1 et saepe, Vulg. 12) ut Did. spir. sct. 6. 13) in Ezech. hom. 1, 8 'nec longo tempore incommonitum populum dereliquit' (**B**). 14) in Is. hom. 7, 2 ex. 'credimus in Eo inconcusse et firme uiuentes iuxta quod docti sumus', Aug., «C. Th.» 15) adu. Rufin. II, 15 inconsequens textus ipse uerborum al. (**I** et **3**, et cf. sup. ad *consequentia p. 43), — in Gal. III ad 5, 13 'sed quo . ., si sic intellegantur, ut resonant, inconsequenter et abrupte repugnare inter se et scatere uideantur', Jul. ap. Aug., C. Aur. 16) ut Did. spir. sanct. 11. 17) et Aug. c. mendac. 3, 5. 18) in Is. XII ad 43, 1 sqq. 19) c. Ioann. 11 al. (Cypr. s.), Aug. 19*a*) in Eph. II ad 4, 17 sqq. 'dicamus ἀπηλγηκότας indolentes siue indolorios'. 20) in Is. V ad 21, 13 sq. 'ut, quae sit Cedar, ind. intellegas. 21) ut adu. Rufin. III, 5, 18 al. (Hil.), Rufin., Seru. 22) in Is. XVIII ad 66, 2 sq. 'quae trucidantur illicite', Aug. doctr. chr. II, 26 'utilia sunt nec discuntur ill.' al. 23) ep. 98, 6. 24) ep. 147, 1 secundum duritiam tuam et cor impoenitens, in Eccl. 7 col. 441 al., Vulg.; sic Hier., etiamsi non noue, et poenitens pers. saepe, ut adu. Jouin. I, 8 de eodem post incestum poenitente, adu. Rufin. II, 7 al. 25) ep. 77, 12 uirgines, uiduas ac maritatas, adu. Jouin. I, 3, 29 al. (Lact.). 26) in Ezech. hom. 14, 2 'qui haec obseruate legit'. 27) ep. 121, 7 'ut nouo uerbo utar ad explicandum sensum meum: peccatum, quod, priusquam haberem intellegentiam, absque peccato erat, per praeuaricationem mandati incipiat mihi esse peccantius peccatum', Coel. Aur. 28) ep. 77, 4. 29) ep. 21, 2. 30) ep. 118, 7 a matre educatus. 31) ep. 52, 8 'unus quidam poeta nominatus, homo perliteratus'. 32) in Ez. hom. 1, 2 'audi uoces tormenta patientium, quomodo sacratim et in cruciatibus suis clementiam Dei eloquantur' (sacrate q. pie, religiose Aug.). 33) quu. hebr. in Gen. 6, 9 'signanter ait: (perfectus) in generatione sua, ut ostenderet non iuxta iustitiam consummatam . . fuisse eum iustum' et saepe, Aug. in ps. 36 serm. 1, 5, Jul. ap. Aug. c. sec. resp. Jul. II, 63; it. saepe noster significanter, ut in Ez. XI ad 35 'et s. ait: conuerte, ab alia prophetia ad aliam prophetiam', c. Ioann. 27, ep. 29, 5 etc. 34) ut in Eph. III prf. 'sparsim, ubicunque occasio data est, licet breuiter, ostendi, quod . .'. 35) adu. Rufin. III, 17 eorum statuta (Lact.).

ter[36]), e S. S.: incensum subst.[37]), insensatus (insensé)[38]); — [36]*collecta q. *pro* collectus, Versammlung ep. 51, 1 'cum celebraretur collecta in ecclesia uillae, quae ..', ib. 9, reg. Pachom. 1, 3, 9 al., Vulg. (sicut post uett. offensa saep., ut adu. Jouin. I, 27 post offensam Dei, in Is. XI ad 39, 3 sq. al.: cf. HA p. 70 sqq.), quodque similigenum esse uidetur, accubit*um* (HA p. 2) in Ez. XIV ad 46, 19 sqq. 'propter accubita, quae Aquila *στιβάδας* interpretatus est', ib. inf. (culinae) propinqua habebant accubita', — *depositus *q.* decrepitus in Jer. II ad 6, 12 'ergo senectus non est aetas ultima, sed eorum qui pleni sunt dierum, quos nostro sermone appellamus depositos siue decrepitos' (cf. quae habet Georg. Lex. s. u. II, B). — *desertum *meton.* in Is. I ad 1, 7 'quod omnia bona eorum (sc. praeuaricatorum) ueniant ad desertum', cl. ad u. 8: omnia nostra redigentur ad solitudinem (cf. inf. 63), — *inconditus transl. *pers.* adu. Vigilant. 3 'est imperitus .. et sermone inconditus', — *inconueniens transl. ut c. Joann. 7 'inconueniens est opinari, quod .. possit uidere' (App. mund., Lact., Ambr.), — *lactens pers. (Tert. an. 19) saep., ut in Is. XVII ad 60, 4 quibus paruulis atque lactentibus, ib. sup. animae in Christo lactentes, al. sc. porcus (Varr.) adu. Jouin. II, 7 iudaizantis uulgi consuetudinem pro altilibus et lactentibus uitulos consumentis, — *motus *q.* alienatus mente adu. Vigil. 4 hominem moti capitis atque Hippocratis uinculis alligandum, — *peccatum *meton.* q. peccatus uel peccatio (cf. 58) ep. 121, 7 'si exterior (homo) facit, quod non uult, ostendit, .. non se operari quod est malum, sed habitans in sua carne peccatum, hoc est uitia corporis et desideria uoluptatis', ibid. 'conclusit Deus omnes sub peccato, ut omnium misereatur' al.

pA: immaculatus in Ez. XIV ad 45, 18 sqq. uitulus al. (Cypr., Lact., Amm., et S. S. uet. et Vulg.), inopertus ep. 64, 13 'tertiam

36) ut ep. 123, 5, Vulg. 37) in Ez. IV ad 16, 18 thymiama id est incensum, in Cant. 1 col. 505 stacten .. galbanen et reliqua, haec quidem in incensum al. 38) in Ez. hom. 5, 5 'nos insensati nolentes ea discere, quae nobis incutiant metum' al., Aug.

partem (capitis) a fronte inopertam relinquit', Prud., *inordinatus transl. (Quint., — App.) in Luc. hom. 25 'quam inordinatam et irrationabilem caritatem cauens' al., instanter ep. 5, 3 'ut..i. negotium persequatur' al., ordinate (**4****, — Tert., Lact.) in Os. III ad 11, 1 'ipsum uolumen . . prudenter ordinateque compositum' al., Vulg., Aug. C. D. XIV, 23, 1 al.; — *pr*: iniudicatus (Cat. fr.) in Jer. IV ad 25, 30 sq. 'ut nullus iniudicatus abeat' (al. Quint. s., Gell.); — *p*: impercussus: **3**, indebitus in Dan. 9, 24 'Herodes indebitum arripuit regnum' al., C. Th. (indebitum Dig.), inexpletus, innuptus adu. Jouin. I, 9 al., insalutatus u. Paul. 14, postt. (Verg. in tm.), irreprehensus (**3**), moderanter (Lucr., — Tert., Nouat.) in Joel 1, 4 'bona nostra m. ferre non possumus'.

Satis numerosum uides in usu Hieronymi participiorum cum *in* priuatiua compositionis recentiorem prouentum (12—41). Nota, quod participia perf. cum in priu. composita quae nouicia adhibet, 19 uel 20, maiorem certe partem primus, ut uidetur, nobis auctor, omnium recc., quae quidem in lexica inueniias regesta, non minus quintam conficiunt partem. Est porro haud innumerosa apud ipsum increbrescens posteriore linguae aetate participiorum in aduerbia, ut ita loquar, deflexio (13 in -ter, a part. perf. in -e 11, in -im 3). Declinata a part. praes. exemplorum quae congregauimus **D** p. 189—91 recc., additis tribus (nr. 7, admiranter Greg. M., persuadenter Chalc. in Tim. 126), non computatis autem addendis non addendis, quae e Thom. Thes. enotauimus amplius sexaginta, — conficiunt quartam decimam fere partem.

-eus (-ius), **-i̊nus** (-nus), **-aceus** uel **-icius** (-iceus) denom.*): **adipeus**, *carneus*[1]), *cilicinus*[2]), **ebeninus**, **flaminea** (-ia?), frumentaceus[3]), gypseus, in-corporeus[4]), nuci-

*) Haec (-eus . .) et proxime subsequentia, quibus locus erat superius p. 55 sqq. (post -icus) per errorem a typotheta huc sunt translata.

1) saepe, ut c. Ioann. 29 'Elias carneus raptus est in coelum', c. Pelag. II, 15 'qui toti carnei sumus', in Cant. tr. 2 col. 526 carnei amoris, in Ezech. III ad 8, 1 'carneos sensus, qui terrena conspiciunt et necdum coelestia contemplantur', ep. 36, 16 al., Aug., Prud., Prosp. 2) ut in Is. V ad 20, Vulg., Aug. (cilicius Sis. ap. Non., Solin. 33, 3, Vlp. 3) q. triticeus (ut est ep. 78, 1) ep. 48, 14 (panis) al. 4) quod praetentatum a quibusdam teste Gell. ad graecum ἀσώματος

nus[5]), pelliceus[6]), **piracium, sacceus**[7]), sapphirinus, *subcinericius*[8]).

Notanda sunt praeterea *pr*: graneus, nuceus in Jer. I ad 1, 11 sq., *p*: adorea, ut ep. 123, 10 palmam tenens adoreamque, femineus (pA, sed rar., — App., scrr. hist. Aug., Firm. m. VI, 31 et saepe) saep., ut in Is. III ad 7, 21 sqq. (de Hunnis loquens, ut uid.) 'femineas incisasque facies praeferentes uirorum et bene barbatorum fugientia terga confodiunt', in Naum 3, 13 sqq. mollitiem femineam, populeus quu. hebr. in Gen. 30, 32 uirgas populeas, saxeus (Plinii, — App.) Did. spir. sct. 24 'saxei, ut ita dicam, cordis al., sidereus (— Lampr.) in Mtth. III ad 21, 15, spumeus (Plin.) ep. 1, 2 spumei fluctus al., uipereus, ut adu. Vigil. 15 lingua, uitreus (Col., Pl.) u. Paul. 11 fontis*).

---

exprimendum usurpant noster Did. spir. sanct. 62 de incorporeis et inuissibilibus, in Is. IV ad 11, 6 sqq. al., Macr., Mart. Cap., Cl. Mam. an., cf. ann. *) ad nr. 34, 153, sim. corporeus: **9**. 5) quu. hebr. in Gen. 30, 32 sq. (Ambr.). 6) saepe ut u. Hilar. 4 pelliceum habens ependyten, ep. 38, 3 zona, 125, 7, adu. Jouin. I, 4 (Paul. Dig., Lampr.), Sulp. Seu., Pall. 7) in Is. V ad 20 'deposita saccea (= cilicina) tunica, hic enim habitus prophetalis populi delicta plangentis', nom. hebr. col. 81 byssus s. al., Arn. iun. 8) ut in Ez. I ad 4, 12, Vulg. (Ambr.).

*) Adiectiuorum -aceus finitorum indicem habes **D** n. 49, hic addimus exeuntium in -ĕus materialium (propritim quidem) eorum, quae olim collecta habemus, indiculum, in quo more nostro quae recc. sunt *obliquis* distinximus literis: abiegneus Vitr. uel -ius, abiegnus, — *acerneus*, -rnus, — *adipeus*, — adoreus, — aequoreus p, — aereus (aeracius Vitr.), aenus, aeneus, — aesculeus p, -linus Vitr., -lnius, — *albineus*, — alneus Vitr., — [10]alueus, — *amygdaleus*, -inus (sed graece), — *angueus*, — aprineus Hyg. f., — *aqueus*, — arboreus p, Plin., — arbuteus p, — argenteus, — arundineus p, pA (arundinaceus Plin.), — aureus, — [20]*aurugineus*, — *balsameus*, -inus, — bitumineus p, — *blatteus*, *-inus*, — braceus Priap., — buccea, — buxeus pA, — caeruleus p, pA, subcaeruleus Cels., — caligineus Grat., — canneus Col.?, — [30]carbaseus, -inus, -ineus, — *carboneus*, — *carcereus*, — *cardineus*, — *carneus*, *in-carneus* (cf. ad 51, 153), — carpineus pA, — castanea, — *caudiceus*, — cauea, — cedreus Vitr., -inus (fort. gr.), — [40]cereus, -inus, — cerreus, -inus Pl., — charteus (*chartaceus*), — cinereus pA (cineraceus Pl., cinericius), — *cinnameus*, — citreus, *-inus*, — *classeus*, — *cocceus*, -inus (et Hier.), -ineus pA, — consemineus Col. (cf. ad 101, 170, 27, 112, 162, 201), — corneus (cornu), — [50]corneus (cornus), — corporeus, *incorporeus*, *unicorporeus*, — creteus Lucr. (-aceus Plin.), — croceus p, Pl., -inus (sed gr.), — *culmeus*, — *cummeus*, — cupresseus Liu., Vitr., -inus pA, — *cupreus*, *-inus*, — *draconeus*, — *ebeneus*, *-inus*, — [60]eboreus pA, eburnus, -rneus, — faeceus Plt., faecinus, -inius Col. (*faecaceus*), — fageus Plin., -inus p, -ineus, — *farneus*, — farreus (farraceus), — *felineus* (cf. 13), — felleus Pl., *-ineus*, — femineus (u. sup.), — feneus Cic. fr., recc., — ferreus, — [70]ferrugineus, -ginus Lucr. (cf. ad 76 et cartilaginus **6**), —

Ex **-aneus** finitorum genere haec tantum apud Hieronymum inueni nouicia: collactaneus, ut ep. 54, 13 'nec formosus collactaneus adhaereat lateri tuo', Aug, all.; consentanee adu. Ru-

---

feruleus Plin. (-aceus id.), — ficulneus, -lnus, — flammeus, — floreus p, — flumineus p, — fraxineus p, Col., fraxinus adi. Col., — frondeus p, — *fulgoreus,* — fuligineus pA, — [80]fulmineus p, — fumeus p, — funereus p, — *furfureus* Gell. (*-aceus* Fulg.), — galbaneus p, — *galbineus,* galbinus pA, — gemmeus, *nigrogemmeus,* — *gliteus,* — *glutineus,* — gramineus, — [90]*grandineus,* — graneus pr, — *gypseus,* — herbeus Plaut. (-aceus Plin.), — *hirundineus,* — iaspideus Plin., — igneus, — iliceus Stat., ilignus, -neus, *-gineus,* — *imagineus,* — iunceus, -inus Plin., — [100]*iunipereus,* — lacteus (collacteus Hyg. f., sed cf. Charis. I p. 82), *lactineus,* — laneus, — *lanugineus,* — lapideus, — *larueus,* — laureus, -inus Plin., — ligneus, — lineus (*rectilineus:* cf. 51, 86), ᵇlinteus, — litoreus p, — [110]loreus pr, Plin., — *lumineus,* — lŭteus, *subluteus,* — lūteus, — *mammoneus,* — marmoreus, — *masculeus,* — melleus (mellacium Non.), — membran-eus Dig. (membranaceus Plin.), — mulleus, — [120]mulseus pA, — *muriceus,* — murreus Prop., Sen., murrinus pA, — murteus p, pA (murtaceus Cels.), *murtinus,* — musteus (mustaceus), — myrrheus p, -inus, — nectareus p, Plin., — *nitreus,* — niueus, — nuceus pr, *nucinus,* — [130]oculeus Plt., — oleagineus, -nus, — orneus Col., — osseus p, pA, — *paenuleus,* — palmeus pA, — pampineus p, Tac. (-aceus Col.), — pancarpineus Varr., — *panneus* (pannuceus pA), — papauereus Ou., — [140]*papyrius* (-aceus Plin.), — *pectoreus,* — *pelleus (pellicius),* — piceus p, Pl., -inus Pl., — pileus et -um s., — pineus p, pA, — *pipereus, -inus (piperacius),* — *pisceus,* — plumbeus, — plumeus *(plumacium),* — [150]populeus p, -lnus pr, -lneus pr et Col., — pugneus Plt., — pulmoneus Plt., Plin. *(pulmonaceus),* — puluereus p, Plin., *impuluereus* Gell., — pumiceus p, — puniceus, — purpureus, — querceus pA, *quercinus,* quernus p, querneus Cat., pA, — rameus p, — roboreus p, pA, roburneus Col., — [160]robusteus Vitr. (cf. 108ᵇ), — roseus p, pA, *rosinus* (rosaceus), — rubeus, *subrubeus,* — rubeus (rubus) p, — *rupeus,* — russeus pA, — sabuceus Pl., — *sacceus, -inus,* — saligneus pA, -gnus p, — sandaraceus Labeo ap. Fulg., -inus pr, — [170]sanguineus, consanguineus, — sappineus pA, — saxeus p, Pl., — scirpeus, — scorteus, *-inus,* — scrupeus p, — sidereus p, — siliceus, *-cineus,* — siligineus (*-aceus*), — *similagineus,* — [180]*smaragdineus,* — sparteus, — spiceus p, — spineus p, — *spongeus,* — spumeus (sup.), — squameus p, — stamineus p, Plin., — stanneus pA, — stercoreus, — [190]stimuleus Plt., — *stirpeus,* — stramineus Ou., — strumea Plin. herba, — stuppeus p, — subereus pA, *-inus,* — sublicius, — sulfureus p, pA, — taureus p, — taxeus Stat., — [200]termiteus Grat., — terreus (*subterreus*), terrinus Ducang (*terraceus*), — *testeus* (testaceus pA), — testudineus (cf. 19, 21, 28, 70, 79, 90, 94, 98, 103, 178 et 9), — tiliagineus Col. (cf. 131, ad 222 et fabaginus), *tiliaceus,* — *tofineus,* tofinus Suet. (tofaceus, *-icius*), — trabea, — triticeus, *-inus,* — turbineus Ou., — tureus p, *-inus,* — [210]*uaporeus* (cf. 5, 32, 33, 46, 51, 75, 82, 98, 105, 109, 114, 134, 141, in quibus forsitan -eus irrationalius ex parte quidem sit q. pro -alis, ueluti funereus pro funeralis), — *uellereus,* —

fin. III, 3 'ut . . mihi tua maledicta narrauerint ita memoriter et consentanee, ut . .' al.; momentaneus ep. 64,2 momentanea blandimenta gulae, in Zach. II. ad 9, 11 sq. al. (momentum temp. e. c. ep. 119, 2: in atomo et in puncto temporis atque momento), spontaneus in Eph. III ad 6, 5 sqq. fidelitatem non coactam, sed spontaneam et ex animo, adu. Jouin. I, 41 al., Macr., adu. Vulg., ut Os. 14, 5 et Hier. ad 1 al., all., — quibus accedunt quae etiam in S. S. uet. habentur: calcaneum, sed et masc. calcaneus, ut in Ezech. XIV ad 47, 1 sqq. calcaneo, qui patet morsibus colubri (cf. Scrut. p. 11*) sq.), coaetaneus, ut Eus. praef. in chron. 'Cecropem Mosi coaetaneum', in Gal. I ad 1, 13 sq. al. (**3**), temporaneus saep., ut quu. hebr. in Gen. 49, 21 propter temporaneas fruges, in Os. II ad 5, 3 .In -oneus exeuntia notaui recc. ultroneus, ut in Philem. ad 14 'nihil bonum dici potest nisi quod ultroneum est' al. (App., Cypr.), Oros h. VI, 8 all., — et pA, sed usus rarioris erroneus adu. Jouin. II 23 oues erroneas, in Zach. II ad 10, 1 spiritibus erroneis, in Is. XI ad 40, 9 sqq. al.

-anus, īnus (et -ensis): christiane[1]), *decanus*[2]), **eunuchinus**,

uerbereus Plaut., — *uerueceus,* — uimineus, — uinceus Plaut.? (cf. cetera quae lusit, ut 130, 151, 190, 212, cf. et 24, 25), — uineus (uinaceus), — *uioleus* (uiolaceus), — uipereus p (cf. 12, 58, — 94, 147, 198, 213), — uirgeus p, pA, — [220]uirgineus p (-ius, *-ium,* — cf. 67, 116), — *uiscereus,* — uiteus, *uitineus,* uitigenus Lucr., uitigineus, — uitreus p, pA, — ulmeus, — *uueus.* Computauimus recc. -eus finitorum 76 exempla (quorum 1/15 ap. Hier.), — uett. 175, quo in numero sunt p (h. e. inter uett. apud poetas tantum inueniuntur) 35, p,pA (h. e. post poetas apud conscriptores quosdam argenteae aetatis inueniuntur) 22 (in his post p apud Plinium mai. solum 7). Ergo prope 1/8 omnium uett. poetici praecipue primitus quidem sunt usus. Denique pA sunt 39 (0,23 uett.). Quinquaginta -eus terminata adiectiua laterales, ut ita loquar, eiusdem fere significationis habent formas exeuntes in -ĭnus (-nus) uel certe, intermedia in -nus forma non amplius exstante, in -neus (1/5), undetriginta autem in -aceus (uel -icius) exeuntes (1/9). Paulo explicatius de -eus finitorum genere alio proxime loco disserere in animo est.

1) ep. 105, 4 'quia te pure et chr. diligere cupio', Aug. 2) ut in Is. II ad 3, 3.

extramundanus, (**4**), *metropolitanus*[3]), *serpentinus*[4]), **sturninus**, — **uallensis** (**9**); — *mundanus *eccl.* q. *secularis (p. 50), ut ep. 107, 5 mundano more (Scrut. p. 47), — *septimana *subst.*, ut in Jer. II ad 6, 22 sqq. 'pro quo Aquilae prima editio et Symmachus hebdomadas interpretati sunt; in hebraeo enim scriptum est sabaoth, quod pro ambiguitate uerbi et septimanas significat et plenitudinem' al., Vulg. s., Rufin., C. Th., all. postt. (**2**); — *textrina s. adu. Vigil. 6.

S. S.: hortulanus ep. 65, 1 et aliq., — *pA:* medianus ep. 73, 3 Noe derisus a mediano filio*); — *u*: paupertinus in Gal. II ad 4, 8 sq. 'quomodo . . ad infima et paupertina reuertantur elementa' (Varr. fr., — Gell., App., scrr. sec. IV).

---

3) ut c. Ioann. 37 'debitum metropolitano (sc. episcopo) tuo honorem reddere'; — *metropolis* Hauptstadt (HA p. 41) saep., ut c. Ioann. l. l. 'ut Palaestinae metropolis Caesaria sit, ut totius Orientis Antiochia', in Mich. I, ad 1, 1 Samaria m. Israel, nom. loc. hebr. col. 143 al. (pro quo habetur urbs prima in Is. XI ad 37, 36 sqq. 'cum (Sennacherib) reuectus esset in Niniuen urbem primam regni sui'), metropolitae in Eccl. 1 col. 384 'quomodo contemptus mundi nonnisi metropolitis conuenit, hoc est habitatoribus Jerusalem'. 4) ut ep. 117, 2 'uenena serpentino pelluntur antidoto'.

*) De -inus finitis uid. **D** n. 53, ubi ind. ss. ll. *pulicinus,* spadoninus (**6**), hortinus *adi.*, Statina (dea Tert. an. 39, adu. natt. II, 11). Exeuntium in -anus, exceptis quae a nom. propr. sunt, recc. indiculum habes ib. n. 91, in quem subind. limitanus, ripanus; — uett. exempla sunt: Aesculanus (aes), altanus (uentus), antelucanus (cf. 62), antemeridianus (cf. 26, 37), antepilanus (cf. 36), antesignanus (cf. 65), apianus (apis) pA, arcanus (arcere), castellanus, cismontanus Plin. (cf. 27, 70), cisrhenanus (cf. 72), crapulanus Pl., decimanus, depontanus, duoetuicesimanus Tac. (cf. 78), flumentanus, fontanus, gentiana (herba) Cels., humanus, in-, [21]insulanus, latericianus uel laterianus pA, mamillanus it., medianus Vitr., membrana, meridianus Liu. et pA, montanus, mundanus, nonanus Tac., octauanus pA, oppidanus, orcinianus Mart., paganus, *con-*, semi-Pers., pergulanus Col., pilanus, pomeridianus, praetorianus pA, prasinianus Petr., [40]pridianus pA, primanus pA, propudianus Fest., publicanus, puteanus pA, quartadecumani Tac., quartanus, quintadecimani Tac. (cf. 45, 54, 68), quintanus, quotidianus, rubellianus Col., rusticanus, secundanus, septimanus, sextadecimani Tac., sextani pA, siccanus Plin., Siluanus, solanus Vitr. (cf. 66), -num pA, solitanus (a solus? cf. solitaneus i. solitarius Th. Prisc.), [60]Statanus, subbasilicanus, sublucanus Plin., submoenianus Mart., subrostranus, subsignanus, subsolanus pA, suburbanus, tertiadecimani Tac., tertianus, transmontanus, transpadanus, transrhenanus, uarianus Plin., ueteranus, *con-*, undecumani pA, undeuicesimani, unetuicesimani Tac., urbanus, in-, quorum 80 exemplorum plus $^3/_8$ sunt pA. Recc. collegimus 85.

composita ª**figuratiua** (Mus. Rhen. XXXV p. 593 sq. ann.): **centoculus**, *centuplus*[1], *cornupeta*[2], *decuplus*[3]), **deicola** (**9**), *leopardus*[4]), *maliloquus*, **multimammia**, multimodus[5]), **multinubus**, omnimodus[6]), *pincerna*, **prolimen**[7]), pronubus[8]), *quadriformis*[9]), **quadrigamus**, *septuplus*[10]), subdiuum[11]), **subumbilicum**[12]), supercoelestis[13]), **tardilinguis** (**C**), **trinominis**[14]) et **trinomius** (!)[15]), uentriloquus, ueriloquus, **unicuba** fem., uuiuira[16]), adde e. S. S. pusillanimis[17]); — *biceps *al.* gladius in Is. VIII ad 27, 1, Vulg.; *legifer subst. nom. loc. hebr. col. 127 Judaeorum (Lact); *pontifex *christ.* ep. 108, 6 Christi pontifices Paulinum et Epiphanium (qui episcopi erant), Sidon. (al. Tert. carn. Chr. 5 ipsum Christum 'salutis pontificem' dicens), et sic pontificalis ep. 108, 15 'in pontificali culmine constitutum'.

pA: millepeda (**9**), multicolor (Plin., — App., Tert.) in Dan. 4, 10 sq. per multicolorem arcum, Mart. Cap.; — *pr*: immisericors (Acc., Cic. s., — Gell.) in Gal. III ad 6, 3, Vulg., misericorditer (Cld. Quadr., — Lact.) ut ep. 112, 17, Aug., decl. trib. Mar., perduellis trnsl. (Plaut.) in Ez. XII pr. animo perduelli nostra lecturo; tardigradus (Pacuu.) in Os. III ad 12, 11 testudo, anon. in Job,

---

1) ut in Matth. III ad 19, 29 sq. 'isti centuplum recipient' al., Vulg., Aug., postt. 2) in Ezech. XI ad 34, Vulg. (et Tolet.) Exod., Aug. 3) Vulg. Dan. et Hier. in Dan. 2, 15, Boeth. 4) adu. Jouin. I, 30, II, 6 al. (scrr. hist. Aug.), postt., quod uocis commentum barbarum magis, quam siue graecum siue latinum, mansurum tamen, uix quidem huius est loci. 5) in Eph. III ad 6, 11 multimoda diaboli ingenia (App., Amm.), Aug., postt. 6) Vulg. Is. 66, 11 et Hier. ad l. (App.), Aug. 7) quod quidem male nostra sententia praepositiue composuit, cum debuerit figuratiue in proliminare (cf. anteliminare p. 48) uel in proliminium. 8) quu. hebr. in Gen. 26, 26 (Claudian.), Paul. Nol., all. 9) in Ez. I ad 1, 5 al. (Victorin. Petau.), Macr. (**2**). 10) in Is. IX ad 30 s. f. 'sol septuplum lumen accipiet' al., Rufin., Aug., all. 11) in Ezech. III ad 9, 3 'iuit ad subdiuum atrii'; latinius, opinor, alii subdiuale locuti sunt. Non magis placet 19. 12) in Zach. I ad 1, 18 sqq. subumbilicum aeneum, cl. Vulg. Dan. 2, 32: uenter et femora ex aere. 13) in Ezech. I ad 1, 5 'quatuor loca, coelestium, terrestrium et infernorum et supercoelestium', in Is. XVIII ad 24, 1, XVI ad 57, 15 al., Aug. 14) ut adu. Lucif. 12 in tribus uocabulis trinominem credens deum al. 15) in Matth. I ad 10, 4 'credendum est eum fuisse trinomium' (Thaddaeum uel Judam Jacobi uel Lebaeum), Isid. 16) adu. Jouin. II, 15, 35, ep. 77, 3 al. 17) ut in Is. X ad 35, 3 sq., Sid., Cl. Mam. an.

Isid.; — *p*: consonus saepe, et quidem transl. (ut post Cic. s. App., Claud.) e. c. in Is. V ad 23, 17 'consonis Graecorum et Phoenicum literis indicatur', XVI ad 59, 3 sq. consona impietatis uoce clamantes, *exsors q. eximius, extraordinarius (Verg.) adu. Lucif. 9 'cui (sc. summo sacerdoti) si non exsors quaedam et ab omnibus eminens datur potestas, tot in ecclesia efficientur schismata, quot sacerdotes', frondifer in Ezech. hom. 11, 1, implumis (Plin., — Ambr.) in Mich. I ad 1, 16 'aquila certo tempore amittit pilos et remanet implumis', infrenis (Verg., — Gell., Amm.) c. Pelag. prol. infrenes equos, I, 20 infrenis equi, in Eccl. 2 col. 397 infrenis ferebar al., uel infrenus (Stat. Theb. II, 180, Col. poet., Ser. Samm.) in Eph. I ad 2, 7 'qui nunc infreni et male libertate sua abutentes uagantur', Ven. u. Mart. II, 61, *informis q. deformis (Tac.) Did. spir. snct. pr. cornicula, longaeuus (— Ambr., Amm.) in Eccl. 2 col. 481 al., praeuius (int. uett. p) in Eccl. 7 col. 446 sapientiam praeuiam sequi, adu. Lucif. 7, ep. 53, 6 al. (Scr. p. 13*), seminex (sed et Liu., Tac.) adu. Rufin. III, 17.

Inter 27 nouiciorum exempla quae retulimus Hieronymi sunt peculiaria non minus sedecim, quo in numero quaedam sunt sane plemmelemata (uid. notulas ad 13 et 18). Ad 1 cf. unoculus pr, it. siccoculus (hibr. monoculus Firm. m.); — ad 2, 4 et 17: praeterea recc. sunt quincuplus et multiplus Boeth., milluplus (**D** p. 101), cf. **A** p. 79; — ad 3 agripeta Cic., lucripeta arg. Plaut. Most., heredipeta Petr., — honoripeta App., altipeta Paulin. Nol.; — ad 5 **C** p. 7 et 27, **D** p. 216 (23 -cola recc.), — ad 7, 24, 25: genus compositiciae figurae magis numerosum exemplis quam consuetudine frequentatum, familiarius quidem antiquissimis poetis, maxime Plauto, cuius sunt 10 exempla (uett. prope $^1/_2$), quo auctore noster etiam stultiloquus adhibuit (**C** p. 16), cum paulo usitatiora perpauca fuerint, ut grandiloquus, magniloquus, praeterea in prosa compareant uix raro fatiloquus et uaniloquus Liu., tardiloquus Sen., recentiores uero ut omnino in compositiciorum usum, ita in hoc quoque genus procliuiores fuisse noscuntur, quorum etiam propria quaedam, ut, praeter Hieronymiana, astriloquus, coeliloquus, dulciloquus, sanctiloquus, subtililoquus, uersiloquus (i. uersibus loquens) Ennod.; — ad 9 et 11: composita in -modus excepto commodus cetera omnia sunt recc., ut aequimodus Boeth.,

diuersimode Aug., millimodus Ven., quadrimodus Hilar., Isid., trimodus Isid., unimodus App., Prud., colubrimodus Coripp., dulcimodus Prud.; — ad 10 et (?) 14 cf. **D** ad u. septinubus; — ad 15 cf. ib. n. 70; — ad 16 cf. **A** n. 55; — ad 20 cf. intercoelestis Cl. Mam. an., intracaelestis et supracoelestis Mar. Vict., subcoelestis [Fulg.] serm. 7; — ad 21 bilinguis, trilinguis (etiam ap. nostr.), elinguis, recc. illinguis; — ad 22 sq.: binominis Ou., Fest. et irrationaliter binomius gl.; — ad 26 cf. succuba App., Prud.; — ad 27 biuira Varr., Aug., multiuira Minuc.

[b]**praepositiuae** (ea scilicet quae nondum aliis pro terminatione locis sunt regesta): *beneplacitus*[1], *bicameratus* (cf. 21), bimaritus[2], coaeternus[3], *coaeuus*[4], coepiscopus[5], **coeuangelista**[6], *cohaereticus*[7], **compeccator** (-tor 17), **compropheta** (**D**), consacerdos[8], **malogranatum**[9], primogenitus[10] (cf. 22), *rumigerulus*, **pseudomagister** (**4***), **pseudopastor** (**D**), semichristianus[11], **semigraeculus, semiiudaeus, semisermo**[12], *tricameratus*, unigenitus[13], — e S. S.: concaptiuus; — *pA*: peramoenus u. Hilar. 43; *pr:* subtristis (Cypr. ep. 11, 4, Amm. XXX, 5, 19); *u*: subamarus ep. 121 pr. (Amm.).

Ad 4—11 et 23, composita modo perfamiliari recc. cum aliis tum ecclesiasticis, uix ulli magis quam Lucifero Caralitano, con- praepositionis nominibus tam adiectiuis quam etiam substantiuis imponendae, cf. **B** p. 412 n. 5; — ad 12: quod e

1) Vulg., beneplacitum in Eph. I ad 1, 5 'εὐδοκίαν .. nos possumus dicere beneplacitum', Aug., Oros. 2) scilicet quam Cicero irridet, uocem noster usurpando ratihabet. 3) ut c. Ioann. 8 al., Aug. 4) ep. 117, 5 'si coaeuus tuus est ille nescio quis', Vulg., Aug., Prud., — quod rectius figuratiue compositis adscribendum esse nos non praeterit. 5) ep. 112, 5 al. (Cypr.), Aug., Paul. Nol., Sid., C. Just. 6) in Philem. 8 sq. 'iam non quasi a domino, sed quasi a conseruo et coeuangelista ignosceretur ei'. 7) ep. 92, 5 (Lucif.: **B**). 8) in Ezech. h. 5, 4 'dicit ad eum Heli consacerdos suus' (Cypr.), P. Nol., inscr., all. 9) in Zach. III ad 14, 9 sqq. al., Vulg., Isid. 10) ut e. gr. c. Ioann. 23, Vulg. (Lact., Ambr.). 11) in Abac. II ad 3, 11 sqq. 'isti semichristiani (Theodotionem scil. et Symmachum dicens) iudaice transtulerunt, et Judaeus Aquila interpretatus est ut christianus' al. 12) ep. «7, 2»: hic aut barbarus semisermo discendus est aut tacendum. 13) ut adu. Heluid. 10, Did. spir. snct. 43 al. (Hilar. in ps. 2, 23), Aug.

malum granatum (ut est ap. nostrum quoque ep. 78, m. 16 al.) per hyphen, sicut 1, 13, enuntiatum sic coaluisse uidetur in malogranatum, ceterum ut compositum uix huius est loci, immo inter composita peruersa referendum, quae subiectum compositionis priore loco praeferunt, ut puta domnipraedia i. domina praedii, quorum exempla suppeditauimus **D** n. 71; — ad 14: quod quamuis sero in literis emergat nobis quidem non magis nouicium uidetur esse uerbum, quam cetera pleraque in -gerulus composita, ut sunt damnigerulus, munerigerulus, salutigerulus, sandaligerulae, quorum auctorem nouimus Plautum; — ad 15 sq.: haec species hibridae compositionis, qua nominibus appellatiuis latinis praefigitur pseudo, cuius Georges Lex. man. ed. 7 septem habet exempla, compluribus aliis temere neglectis, paene tota (h. e. exceptis exemplis duobus) est recc.; — ad 17–20 cf. **D** n. 46.

Quae praeter supra digesta de nominum nec non et pronominum quorundam apud Hieronymum usu habemus adnotata, per saturam infra conscripsimus:

alter q. pro alius (altro, autre) *ein* anderer: adu. Rufin. III, 12 'siue a te falsatus est liber, . . siue ab altero' (irgend einem anderen), 22, adu. Iouin. I, 30 'turturis hanc esse naturam, ut, si parem perdiderit, alteri non iungatur', c. Ioann. 21, ib. 22, Did. spir. sanct. 8 'alterius eum esse substantiae, quam sunt omnes creaturae', ib. sup., in Soph. 2, 3 sq. 'hoc dictum sit secundum LXX interpretes, ceterum iuxta Hebraicum alter sensus est', in Eccl. 5 col. 428, in Ezech. VIII ad 27, 13 sq. Cf. HA p. 66 ann.*). Abusione inuersa, in posterioris latinitatis monumentis etiam magis frequentata alius pro alter in Eccl. 4 col. 419 'melior est his duobus, uiuente uidelicet et defuncto, qui necdum natus est: alius enim adhuc mala

*) Consequenter 'iterum' pro rursus, denuo, ut alii (Rh. Mus. XXXV p. 599), ita noster quoque, ueluti in Luc. hom. 19: apparuerat infirmus.., et ob id iterum confortatur; euacuauerat se filium Dei, et propterea rursum completur sapientia.

patitur, alius quasi de naufragio nudus euasit, porro qui necdum natus est in eo felicior est, quod necdum mala mundi expertus est', ib. inf. Cf. M (= Rhein. Mus. XXXV) p. 598.

alteruter instar pronom. reciproci (**D** p. 7 sq.), sed in locis Hieronymi quos collegimus ita dumtaxat, ut neutrale alterutrum tanquam indeclinabile quoddam pro quouis fere ponatur casu*), ueluti in Eph. II ad 4, 2 'alterutrum onera portate' e Gal. 6, 2 (ubi Vulg.: alter alterius), in Matth. II ad 11, 27, in Gal. III ad 6, 5 'in praesenti uita alterutrum auxilio simus', ep. 123, 5, ep. 53, 3 'exceptis epistulis ignoramus alterutrum', in Zach. II ad 11, 8 sq., ep. 64, 14 al.

breuis pro exiguus (cf. M p. 598) noster quoque, ut u. Hilar. 9 breui tuguriunculo, 41 'in breui lembo clam nocte fugit', — eademque significatione iuxta S. S. uet. usum (Rönsch p. 334—36) interdum habet modicus, e. c. in Is. IX ad 29, 17 sq. breue et modicum temporis spatium, VII in 18, 4 sqq.

camisia (camiscia, chemise), quaeque praeterea barbara uidebantur notatu digna: *matta*, ut reg. Pachom. 88 'praeter psiathium id est mattam ad dormiendum nihil aliud substernet' al. (**9**), — sicera (S. S. uet.), quam ipse docet hebraeo sermone omnem potionem appellari quae inebriare potest, saep., ut adu. Iouin I, 34, — *siclus*, quo uocabulo in Ezech. I ad 4, 9 sqq. pondus dicitur (Böckh Metrolog. Untersuch. p. 56 sqq.), non nummus, ut perperam insinuat Georges s. u., — *sigala* (corr. e secale: seigle) in Ezech. l. l. 'ὄλυραν, quam alii auenam, alii sigalam putant', Pl. Val. (**A** p. 60), — *spelta* (Ed. Diocl.) in Ez. l. l. 'ζειάς, quas nos uel far uel gentili Italiae Pannoniaeque sermone spicam speltamque dicimus', Rhemm. Pal. (?) pond.

*ecclesia coll. die Kirche, ut in Jer. IV ad 25, 26 'per-

*) Quemadmodum 'inuicem' tanquam pronomen indeclinabile freq. recc., quinetiam sub praepositione: ab inuicem, in inuicem, pro inuicem S. S. uet. (Rönsch p. 231 sqq.), ut etiam Hier., sed, puto, quando ad phrasin biblicam conformat suam, ueluti ep. 43, 1 'mordentes inuicem consumimur ab inuicem' iuxta Gal. 5, 15.

secutione aduersus christianos et tunc nascentem ecclesiam', in Eph II ad 3, 5 sqq. et sexcenties, — *meton.* i. aedes sacra. ut ep. 108, 19 'die dominico ad ecclesiam procedebant, ex cuius habitabant latere' (Lact. mort. pers. 12, 3: in alto constituta ecclesia ex palatio uidebatur), Paul. Nol. (: sancta precum domus est ecclesia), Sulp. Seu. (de Vop. et Amm. locis, quos Gg habet, minus liquet).

festinus *p* (— Amm., Paneg.) in Eccl. 1 col. 387 'sol de thalamo suo festinus erumpit', ep. 117, 7 'celat festina, quod nolens detexerat' al., itemque sunt *p* (inter uett.) *gurges, ut ep. 100, 15 'rabiem immitescentium gurgitum portus prohibent' al., *iuuenis adi., ut ep. 108, 20 nulla iuuenum puellarum (ib. seni homini).

*focus i. ignis positi exemplis quae subinde contulimus (uid. c ind. s. u.) ab Hier. accedit reg. Pach. 23 'nec succendetur focus, antequam . .', ib. 5, 120 focum facere.

*frons figur. der Anschein (pA) in Ezech. II ad 7, 27 'quanquam hoc prima fronte uideatur esse blasphemum', c. Pelag. I, 14 al.

*genus pro modus peruersionem (HA p. 142) admisit noster raro, ut adu. Rufin. II, 17 'hoc genere et iste ipse tuus liber tuus non erit, sed forsitan meus'.

*ad horam reg. Pachom. 49 'ne forte mali quidpiam fecerit, et turbatus ad horam (i. ad tempus) timore discesserit', cf. **D** p. 5 n. 1.

huiusmodi absol. (cf. Oehler ad Tert bapt. 12), itemque huiuscemodi, istiusmodi: c. Ioann. 3 'haec et huiusmodi loquentur inimici tui', ep. 117, 4 'nec possum cum huiusmodi uiuere', in Ezech. VI ad 18, 5 sqq. 'quod . . ne uescendum quidem cum huiuscemodi sit', adu. Iouin. I, 48, ep. 65, 2 'haec et istiusmodi perstrinxi breuiter' et saep. Legimus etiam noue **eiuscemodi** ep. 82, 6 'e seruo clericum factum criminatur, cum et ipse nonnullos eiuscemodi clericos habeat', cum huiusdemmodi habeat Cl. Mam. an. II, 9, 4 'inter has huius-

demquemodi quisquilias'. Adiungimus nihili abs. et *sub praep.*, ut in Is. IV ad 10, 16 sqq. 'ut redigantur . . in tenuitatem et in nihili', ib. inf. innumerabiles populos ad nihili deducendos (cum e. c. VIII ad 24, 1 iuxta cons. comm. scripserit: omnia terrena opera redigentur ad nihilum), V ad 13, 13 'appendit eam (sc. terram) super nihili' et saep.

impendium: abl. impendio aduerbiorum more (pr, recc.) iunctus uerbis (Solin., App.) ep. 5, 1 'impendio exposcens, ne . .' al.

*ipse *abus.* pro confini idem, et, saepius etiam, idipsum, iuxta S. S. (Rönsch p. 424), pro idem, τὸ αὐτό: adu. Lucif. 3 'non est ipsum lacrimas fundere pro peccatis et corpus attrectare Domini . .', adu. Rufin. II, 23 'me . . deprehendisse, quod primus liber sex uoluminum Eusebii ipse esset, qui unus sub nomine Pamphili a te editus est', c. Ioann. 24 'ita et nos in ipsis corporibus, quibus nunc circumdamur et sepelimur, resurrecturos', it. 28, adu. Jouin. I, 36, Did. spir. sanct. 47, quu. hebr. in Gen. 10, 19, in Is. VII ad 23, 13, in Gal. I ad 1, 16, ep. 106, 63 al., (Tert. adu. Marc. V, 16?, Arn. IV, 22?), Aug. in Ioann. tr. 19, 16 'ut ipse esset expositor, qui propositor', consens. euang. II, 62, Salu. gub. D. IV, 2 ipsi in nobis mores sunt, qui in seruulis nostris', V, 2 al., Eugipp. u. Seuer. 39 'ipso quo uestiebatur amictu etiam, dum quiesceret, utebatur'; — Hier. ep. 100, 12 'neque enim idipsum est benedictio atque supplicium, quae et nominibus et operibus procul distant', in Eph. II ad 4, 20 'discere Christum idipsum est, quod nosse uirtutem', adu. Jouin. II, 22, in Eccl. 3 col. 407, in Luc. hom. 14 col. 286, adu. Rufin. II, 24, III, 11 al. — Adnotamus, etiam ipse quoque pro et ipse saep. ap. nostr. inueniri, ut adu. Jouin. I, 29 'ueniamus ad Ecclesiasten, de ipso quoque pauca testimonia ponentes', c. Ioann. 25, Did. spir. sanct. 5, cf. Tert. praescr. 7 'sapientiam humanam . . ipsam quoque in suas haereses multipartitam', ib. 8, an. 8, Capit. Macr. 4 'alia dicuntur ab aliis, quae ipsa quoque non tacebi-

mus', Pert. 14 ex., Vop. Aur. 33, 2 et al. isti scrr., Amm. XVIII, 2, 1 'ausuros immania, ni ipsi quoque ad ceterorum sternerentur exempla', 2, 10, ib. 19, XVIII, 5, 8, XIX, 6, 4 et 12, 1, XX, 7, 15, XXVI, 2, 8 et 5, 10, XXVIII, 5, 9 et 6, 21, XXIX, 1, 33 et 44, 2, 23, 5, 39, XXX, 3, 4 et 5, 5 et 7, 11.

iste peruulgata per aeneam latinitatem abusione freq. instar hic, interdum etiam pro determ. is: ep. 14, 1 'istae quoque (h. e. meae) literae testes sunt, quas lacrimis cernis interlitas', c. Ioann. 17 'non est istius (i. huius) temporis contra dogma gentilium scribere', adu. Rufin. I, 7 'illa (translatio Rufini) lectorem prouocat ad credendum, ista (i. e. mea) ad non credendum mouet', ille . ., iste . . adu. Vigil. 1, atque ita iste pro hic sexc.; — in Eccl. 12 col. 494 'si cuius sermo non pungit . ., iste (i. is) non est sermo sapientis' al., Rufin. Orig. princip. I, 6, 3, Aug. consens euang. I, 5, 8 (ille . ., iste), in Ioann. tr. 3, 1, 13 al., all. Superiorum haec apposuisse sufficiat exempla: Fronto ad M. Caes. et inuicem ep. I, 3 'quod ob meritum sic me amas? quid iste Fronto tantum boni fecit, ut . . ?' al., Appul. Met. VI, 22 'licet tu istud pectus meum conuulneraris', V, 10 al. (hic iste Chaldaeus II, 13), Tertull. poen. 6 'in illo uerecundia, in isto petulantia apparet, ille satagit, hic neglegit . .', an. 29 'illi (uiui) habuerunt unde orirentur . ., isti (mortui) non habuerunt, unde magis deducerentur nisi ex uiuis' al., Arnob. I, 27 'nihil, si consideres aliud inuenies in ista (i. e. nostra) religione uersari', scriptt. hist. Aug., ut Spart. Car. 9 'mihi mirum uidetur, quemadmodum sacra Isidis primum per hunc (Caracallum) Romam uenisse dicantur . ., nisi forte iste addidit celebritati, non primus inuexit', Capit. Gord. 32, 1, Lampr. Diad. 8, 3 cett. Nimirum inualescente apud posteriores quosque abusione in determinatiui 'is' locum asciscendi demonstratiuum 'hic' quasi significantius*)

*) Cuius abusionis exempla Hieronymi habeto reg. Pachom. 35 'ministri absque his quae in commune fratribus praeparata sunt nihil aliud comedant', ib.

(plane eadem ratione uel irratione, qua immensus pro magnus et sim. loquebantur), iam 'iste' ad generalis cuiusdam demonstratiui potestatem quasi prouehi nitebatur.

*mos pro modus (Scrut. p. 63) exemplum est in Mich. II ad 7, 8 sqq. 'quod (Babylon) delenda sit et in morem lateris conculcanda'.

*mundus q. orbis terrarum, humanitas HA p. 121 Hieronymi exempla sunt (signif. non spec. eccl., de qua u. ad *seculum p. 59): u. Paul. 8 'sub rege Constantio uniuerso mundo teste', ib. 10 'quo mundus regatur imperio', ep. 8 'expolito iam artibus mundo', alia.

*mus (*scil.* odoratus, Bisamthier) ep. 127, 3 fragrare mure, 130, 19 peregrini muris olentes pelliculas.

*neniae *q.* ineptiae, res nugatoriae (Hildebr. ad Arn. p. 507) saep., ut adu. Rufin. III, 10 'nisi forte non fuit impraesentiarum, qui tuas emendaret nenias', ep. 143, 2 'nec grande est ineptissimis neniis respondere', adu. Vigil. 3 al., Capit. Alb. 12, Fulg. M., cf. neniari Dosith.

*nostras *spec.* i. nostrae religionis Did. spir. sanct. 2 'in nostratibus literis et notio eius et uocabulum refertur'.

penitissimus (post pr Gell., App., Amm.) in Tit. 3, 9 penitissimis sensibus, Macr. (App. et penitior). Nota adu. penitus ab Hier. crebro adhiberi, neque usque seruata proprietate, ueluti in Ez. IX ad 30, 20 sqq. 'ut penitus cadat gladius de manu eius' al.

*persona concr. (**3**) in Cant. 1 col. 503 'quatuor mihi in his uideor inuenisse personas, uirum et sponsam, cum sponsa adulescentulas, cum sponso sodalium greges', adu. Rufin. I, 1 'quasi in personis, non in rebus sit accusatio', c. Pelag. III, 1, ep. 123, 15 'fuge personas, in quibus potest malae conuersationis esse suspicio' al.; saepius etiam utitur formulis ex, sub

---

38, adu. Jouin. I, 10, c. Pelag. II, 20, III, 4 et 12 al., aliorum afferre, nec tironibus scribens, et nota lectori meo (licet non cuiuis artigrapho) ruminare fastidiens, immo horrens, nunc quidem supersedeo.

persona alicuius, ut c. Pelag. II, 2 'non ex sua persona hoc dicit, sed ex persona generis humani', ib. 3, ib. 5 'Dominus sub persona assumpti hominis loquitur'.

*pignus *instar* filius uel filia (M p. 600) ep. 32, 1 'ad sororem tuam Paulam eiusque pignus Eustochium'.

*plebs eccl. Gemeinde (Cypr. ep. 45, 2 clero et plebi) c. Ioann. 11 'quis hoc unquam presbytero suo coram plebe imperauit episcopus?', in Gal. II ad 4, 17 sq., itemque populus adu. Lucif. 4 'aut episcopum cum populo recipimus.., aut, si episcopum non recipimus, scimus etiam nobis populum reiciendum', adu. Vigil. 5 omnium ecclesiarum populi.

plerique i. multi, magisque i. complures, aliquot, secundum posteriorum quorumque consuetudinem, ac proinde plerumque i. nonnunquam (cf. HA p. 129)) e. c. adu. Iouin. I, 10 'et nunc pleraeque contemnentes apostoli iussionem iunguntur gentilibus', ep. 130, 17 'solet inter plerosque esse certamen, utrum solitaria an cum multis uita melior sit', adu. Vigil. 9 'et in uigiliis Paschae tale quid fieri plerumque conuincitur, et tamen paucorum culpa non praeiudicat religioni'.

*proelium pro bellum (cf. M p. 600) noster quoque dixit, ut uidetur, quu. hebr. in Gen. 10, 2 'scio quendam Gog et Magog ad Gothorum nuper in terra nostra bacchantium historiam retulisse, quod utrum uerum sit proelii ipsius fine monstratur' al. Locis, quos demonstrauimus, addimus interim Ampel. 14, 5, chronogr. Momms. p. 644, 11, Vict. Caes. 26, 1.

prosa abs. (sc. oratio) chron. Eus. pr. 'eundem (Homerum) in sua lingua prosae uerbis interpretetur', adu. Iouin. II, 6 'legat qui uult Aristotelem et Theophrastum prosa, Marcellum

*) Quam significationem uix erit qui non habeat cognitam doctorum, qui autem edisseruerit sufficientibusque testimoniis comprobauerit frustra quaerimus. Enimuero nos quoque ipsa usus frequentia deterruerat, quominus exempla passim obuia in collectanea referremus. Ergo iam Solini, Aur. Victoris, Coel. Aureliani, nedum Gregorii Turon. quos habemus nihil iuuat apponere locos, cum Tertulliani, Ammiani, Augustini impraesens nequeamus.

Sidetem et nostrum Flauium hexametris uersibus disserentes', ep. 53, 8 al. (Quint., — Gell.).

quanti, tanti instar quot, tot (Scrut p. 51) Hier. etiam adhibet, non tamen admodum saepe: ep. 33, 1 'Graeci Chalcenterum miris efferunt laudibus, quod tantos libros composuerit, quantos quiuis nostrum alienos sua manu descibere non possit' (ambiguum non penitus eliminata notione magnitudinis), it. ib. 4, adu. Rufin. II, 10, sed prorsus = quot ep. 22, 13 'pudet dicere, quot quotidie uirgines ruant, quantas de suo gremio perdat Ecclesia', in Is. XVIII ad 65, 13 sq. 'quanti iusti esuriunt et impii cruditatibus distenduntur', adu. Rufin. I, 31, in Naum 3, 7, ep. 68, 1, 123, 14 al.; c. Pelag. III, 6 cum tantorum salute, ep. 27, 1 al. Sed aliquanti pro aliquot tantum in uerbis Rufini adu. Rufin. II, 11 inuenimus 'ut.. aliquanta desiderem'. Adnotamus hoc loco, 'in tantum, ut..' («Liu.») persaepe ap. Hier. adhiberi, ut c. Pelag. I, 32 'cum ecclesia etiam ea quae.. sola cogitatione peccamus delicta esse fateatur intantum, ut hostias pro errore iubeat offerri', I, 38, u. Hilar. 37, adu. Rufin. I, 7, ib. 31, II, 18, III, 14, adu. Jouin. I, 36, ib. 41, adu. Vigil. 16, adu. Lucif. 7, Did. spir. snct. 25, in Eccl. 1 col. 386, in Is. I ad 2, 7, in Ez. hom. 11, 4 et 5.., in ps. 34, 37 al.

*sermo *abus.*, sicut apud recc. et dictio, q. synecd. partem sermonis uel orationis, hoc est uocem singularem significans saepe ap. Hier. legitur, ut adu. Heluid. 6: et 'cognoscebat' et 'usque' sermonem in Scripturis sanctis dupliciter intellegi', quu. hebr. in Gen. 38, 14 'sermo hebraicus enaim transfertur in oculos' (wird mit 'Augen' übersetzt*), in 45, 2 'achi neque

*) Saepe enim cum uerbis uertere, transferre, interpretari construere solet *in* c. acc., ueluti quu. hebr. in Gen. 35, 15 'Ephrata et Bethleem unius urbis uocabulum est sub interpretatione consimili, siquidem in 'frugiferam' et in 'domum panis uertitur', in 45, 9, in Eccl. 12 col. 491, nom. loc. hebr. col. 199 'Eden, quod in uoluptatem deliciasque transfertur' (sed in Eccl. 12 col. 490: aagab.. potest et 'talus' et 'locusta' transferri), nom. loc. hebr. col. 163 'Aneugana, quam Aquila transtulit: Ana et Gana, scilicet u syllabam, quae in medio nominis posita

graecus sermo est nec latinus', ep. 36, 13 'quod idem sermo et eisdem literis scriptus diuersas apud eos et uoces (verschiedenen Laut) et intellegentias habeat.. pastores et amatores eisdem literis scribuntur: res, ain, iod, mem, sed pastores roim, amatores leguntur reim', 20, 1, 96, 17 al. (Donat. ars III, 4 in.), Rufin., Cassiod. (**D**), — quam catachresin quantumuis irrationalem, scitu tamen necessariam quod Georges ne in nouissima quidem lexici sui editione (1880) attigit, non satis mirari possumus.

*toti pro omnes (Scrut. p. 56 sq.) in Eph. II ad 4, 16 'totas rationabiles creaturas sub unius rationabilis animalis intellegamus exemplo, et quodcunque de huius membris dixerimus et partibus, hoc sciamus esse referendum ad unamquamque rationabilem creaturam', III ad 5, 14 'nec tamen Arati et Epimenidis et Menandri tota quae scripsere sunt sancta, quia eos uere aliquid dixisse testatus est' (apostolus) al., et *sing.* i. quiuis, omnis ep. 148, 16 'nihil est quod ita mobilem mentem ac leuem faciat, quam facile totum credere', in Matth. III ad 23, 16 sqq. 'totum faciebant non ob Dei timorem, sed ob diuitiarum cupiditatem' al.

*uirgo *masc.* adu. Jouin. I, 26 'ut a propheta uirgine (Ioanne) uirgo Dominus et annuntiaretur et baptizaretur' et aliq., ib. 8, adu. Vigil. 2 'aut uirgines clericos aut continentes', adu. Heluid. 19 et saep., Marc. Emp. (HA p. 54*), P. Nol.

*unus *pro* primus: Vulg. «Agg. 1, 1»: in mense sexto, in die una mensis factum est.. al., Hier. in Agg. 1, 14.

Ad nominum in contextu sermonis formae inflexiones pertinentia haec apud Hieronymum animaduertimus nondum fere relata ab aliis*).

est, in coniunctionem 'et' est interpretatus', — in Eccl. 1 col. 392 'περισπασμόν', quod in distentionem latinus interpres expressit'.

*) Monemus lectorem, ad hocce capitulum non pertinere id quod diductis uel obliquis literis in hoc libello significari praediximus p. 1 sq.

Quod ueteres grammatici decantant discretionis sexus causa propter iuris potissimum ac testamentorum quandam necessitatem abiisse in consuetudinem, ut nonnunquam contra regulam in dat. et abl. plur. diceretur deabus, filiabus, natabus, libertabus, famulabus, equabus, mulabus, asinabus . ., animabus, duo quidem ex his, filiabus — «Liu., Sen., Corn. Front., Tert., Dig., Seru., Aug., Cod. Just. et Inst., inscrr.» — et animabus — «Tert., Aus., Seru., Vulg. saep., Aug., Prud., Sidon.» — ab Hieronymo quoque crebrius usurpantur, ueluti in Ezech. hom. 3, 2 'quae prophetantibus filiabus populi reputantur quasi magna peccata', 9, 1 cum filiabus suis, in Ezech. comm. X ad 32, 17 sq., in Matth. IV ad 24, 19 uae illis animabus, in Naum 3, 8 sqq. in animabus, in Ez. h. 6, 9 ab animabus nostris.

Voces biga et quadriga in singulari numero, quem Varro consentientibus aliis reprobat, haud ita pauci tamen ac satis boni auctores (ut Prop., Sen. tr., Stat., Plin., Tac. . ., quadriga et Capit. Gord. 27) adhibuerunt, Hieronymus quoque usurpauit, ut in Jer. IV ad 25, 26 ascensore bigae Cyro, quadriga in Zach. I ad 6, 1 sqq. aliq.

Vox lacus cum haud dubie sit 4 decl., attestante etiam Prisciano, genitiuum tamen laci, qui adhuc ex inscrr., Vulg. et Cassiod. innotuit, Hieronymus quoque protulit in Is. XIV ad 51, 1 ad cauernam laci, V ad 14, 15, VI ad 14, 15, quo loco etiam de his lacis' (sicut Anth. Lat. «1037, 12» M.) legitur (ibid. autem: de lacu).

Consuetudinem communem «contra regulam ab hoc uase horum uasorum, his uasis» declinandi Hieronymus quoque sequitur in Naum 2, 8 sq. uasorum, ep. 64, 19 in uasis.

Cum usu constiterit librorum dicere locos, non loca, Hieronymus tamen Horatii exemplo interdum sic dixit loca, ut in Is. III ad 8, 20 'latam explanationem loca ista desiderant', it. VII ad 21, 11 sq., translat. Euang. praef. 'reperies et loca, in quibus uel eadem uel uicina dixerunt'.

Inuenerunt iam alii pileolum neutraliter positum, quos tamen latuit sulfurem Tert., Veg. u. etiam apud Hieronymum haberi in Naum 1, 9 'super Sodomam et Gomorrham ignem et sulfurem pluit', atque apud eundem eiusdem Tertulliani exemplo prostibulam terminatione sexum confessam pro prostibulum, ut ep. 84, 7 'idipsum fore uirgines, quod prostibulas'. Cf. cuculla p. 55, decipula p. 58, calcaneus p. 73, alia.

semis interdum indeclinatum etiam uett. protulerunt, ut Vitr. octo semis diametros, Colum., Frontin. aq., atque ita ut in Vulg. nonnunquam, ita al. quoque Hier., ut in Dan. 12, 11 tribus et semis annis, ib. ad u. 12 al., et alii recc., ut e. c. Th. Prisc. IV f. 313^b ad scrupulum semis, Pl. Val. I, 53 denarios quatuor et semis, I, 2 et 21, II, 18, Pall.

In abl. sing. uetus ubique ap. Hier., ut uidetur, facit ueter*i*, ueluti adu. Jouin. II, 28 in ueteri Testamento, 30 in ueteri Adam, adu. Lucif. 5 . ., quae forma alteri apud uett. fere praelatae forsitan ap. recc. praeualuerit, siquidem etiam Samonicus et Claudianus ueteri ponere maluerunt, e. c. Claud. in Eutr. «II, 11» ueteri post obruta morbo Corpora . ., cf. Prisc «VII, 62» p. 339 H., cl. Charis I, 17. In comparatiuis quoque, quos Charisius quidem «semper e litera ablatiuo casu finiri» contendit, Hieronymus e contrario *i* terminantem uidetur antehabere, ueluti adu. Jouin. II, 33 in minori gradu, multo inferiori gradu, 37 maiori procacitate, reg. Pachom. 51, quu. hebr. praef., in Eccl. 3 col. 410 strictiori complexu, interdum tamen in editione, qua usus sum, et -e inueni, ut reg. Pach. 119 interior*e*, in Eccl. 7 col. 445 maiore.

Quanquam Priscianus quoque, qui post Hieronymum uixit, 'mi' nunquam uocatiue positum feminino uel neutro adiungi affirmat, habent hoc tamen ut App., Alex. imp. ap. Capitol., Jul. Val., ita Hieronymus, ut ep. 22, 29 *mi* catella, ib. 38 mi uirgo, et aliis quoque locis (in quibus est mi domina, mi Marcella . .), quos uideo citari ab eis, qui Hieronymum, temporum linguae testem locupletissimum, sciscitari fere neglexerunt, licet

deteriores non fastidiant. Econtra Hieronymo libuit masculinorum uocatiuis 'meus' adiungere, ueluti in Mich. II ad 6, 3 sq. popule meus, in Abac. I ad 1, 13 sq. domine Deus meus, sancte meus al., ut tamen alios quoque ante eum locutos esse Voss. anal. IV, 8, dein alii annotauerunt.

Adiectiui more milia iunctum nomini substantiuo inuenimus In Eccl. 6 col. 433 'etiamsi non ut Adam prope mille, sed duobus milibus uixerit annis'. Locis, in quibus milleni habetur (3 p. 650 sq) nunc addimus Hier. ep. 51, 6 post annos millenos centenos undenos. Constanter Hieronymus octo quoque et nouem denariis numeris addere solet, ut decem et octo.., contra consuetudinem uett., obsolescentem posteriore aetate, tales numeros per subtractionem, ut duodeuiginti.., proferendi: ep. 36, 10 decem et octo ferme annorum, adu. Rufin. I, 22, adu. Jouin. II, 24, in Jer. I in. annis decem et nouem, in Dan. pr. tribus uoluminibus, id est octauo decimo et nono decimo et uicesimo, ep. 30, 1, in Is. I ad 2, 4 uicesimum octauum annum, atque ita semper.

Eam quoque recc. abusionem, qua aduerbia ordinalia, ut secundo.., pro multiplicatiuis usurpabantur, ut Treb. Gall. 17 'lauit ad diem septimo (= septies) aestate uel sexto, hieme secundo', Hieronymus saepius admisit, ut in Is. VIII ad 26, 2 sqq. 'pacem, quam pollicitus es non solum semel, sed secundo, ut secura sit retributio, quae duplici sermone promittitur', reg. Pachom. 21 'disputatio per singulas hebdomadas tertio fiet', in Abac. II ad 3, 11—13 'quod idem homo frequenter unctus inueniatur, denique Dauid tertio unctus est', in Am. I ad 1, 5.

Crebro Hieronymus nominum abstractorum numero uti solet plurali, sed nos earum dumtaxat uocum, quas ab aliis scriptoribus, antiquioribus quidem atque eundem in modum*),

*) ut e. c. amaritudines ep. 31, 1, adu. Jouin. II, 37, Vulg., — Val. Max., App., obscuritates ep. 121, 8 'omnis Epistula ad Romanos nimiis obscuritatibus

pluraliter adhiberi apud Georges Lex., diligentissimum in talibus, non est annotatum, exempla per literas componere satis habuimus: in Ezech. II ad 6, 9 sq. in uniuersis abominationibus suis, ib. ad 7, 21 'quia ex auro et argento . . imagines sibi abominationum suarum simulacrorumque fecerunt' et saep., — adu. Helu. 20 'in partus anxietatibus et dolore', — adu. Jouin. II, 13 'propter appetitus libidinis, qui ex his cibis . . nascuntur', al. Amm., — adu. Lucif. 22 'beatitudines, quas Dominus discipulis in monte . . delineauit, octo sunt', in Is. I ad 2, 3, Aug., Sidon., — Did. spir. sanct. 8 'alterius eum (Spiritum Sanctum) a*) cunctis conditionibus (cf. p. 12) esse naturae' al., — in Am. III ad 7, 10 sqq. 'congregationes facit atque conuentus in medio regni tui', — in Is. VII ad 21, 11 sq. 'ego sanabo contritiones uestras', in Ez. VI ad 18, 31, — in Eph. III ad 5, 6 adhibitio cruciatuum, — adu. Rufin. III, 8 'quia haeretirorum fraudulentias aperto sermone descripsi', — adu. Jouin. II, 9 'reliquerunt frequentias urbium', — Did. spir. sanct 25 'et his contrarias perturbationes et imperitias', Gell. in lemm., —

inuoluta est', in Ez. VI ad 19, 1 'explanationem tantis obscuritatibus impeditam' al., — Cic. somniorum, Plin. oculorum, Gell., Arn., putredines in Luc. hom. 13 uulnerum, Ambr., urbanitates adu. Jouin. II, 8 mimorum urbanitatibus et strophis, — Cic. ep., alia multa.

*) alter et alius constr. c. ab et abl. (ut c. abl. iam uett. interdum: Kuehn. gramm. ampl. II p. 975) saepius inuenitur apud Hieronymum, ut ep. 98, 14 'quod cum dicat, sequitur, ut nostras quoque animas non alterius *a* Deo naturae esse contendat', Did. spir. sanct. 7 'alia angelorum ostenditnr *a* Trinitate esse substantia; ut enim Pater sanctificans alius est ab his qui sanctificantur, et Filius est alius ab his quos efficit sanctos, ita et Spiritus Sanctus alterius est substantiae ab his quos sui largitione sanctificat', ib. 13 bis, 26, 55 al., cf. in Eccl. 8 col. 450 'sapientiam hic hominis non aliam dicit absque sapientia Dei', in Cant. tr. 2 col. 528 'si non ualueris esse mons, sed fueris collis secundus *a* monte' (cf. Hand Turs. I p. 43). Eadem ratione recc. consuetudo ab c. ablat. instar ablatiui per se positi etiam comparatiuis adiungere solebat (cf. Scrut. p. 26 et add.), atque ita noster quoque, ueluti in Eccl. 4 col. 419 'meliores esse dicentes eos, qui mortui sunt, ab his qui uiuunt', 9 col. 459, ib. col. 466 iustum ab iniusto nihil amplius habere', ep. 100, 15 'minus putat ab eo quod cupit omne quod possidet', in Ezech. hom. 9, 2 'alia magna, alia minora ab his dicuntur', 5, 4, 6, 7 al.

in Is. IV ad 9, 14 sqq. 'omnes impietates eorum quasi spinas uorax flamma consumet', in Am. I ad 1, 9 sq. 'easdem tres et quatuor impietates siue scelera.. etiam Tyro ingerit', adu. Rufin. I, 15 al., — in Eph. II ad 4, 21 'secundum intellegentias effectuum uel locorum', — c. Pelag. II, 21 'ex quo intellegitur primas eum (Iosaphat) Dauid (i. e. Dauidis) habuisse iustitias, et nouissima non habuisse peccata', ib. inf. 'ne putemus praeteritas iustitias hoc peccato.. fuisse deletas', in Is. X ad 33, 13 sqq. 'qui ambulat in pluribus iustitiis, et non semel, sed semper iustitias diligit, nec una uice, sed iugiter loquitur ueritates', VIII ad 26, 7 sqq. 'in una Christi semita omnes iustitiae reperiuntur', al., cf. Vulg. Ps. 18, 9; — in Zach. II ad 7, 9 (et Vulg l. l.) 'miserationes faciet unusquisque cum fratre suo', al. Cic., — in Soph. 3, 19 sq. 'misericordiae tuae et iustitiae, quas operatus es', c. Pelag. II, 29, Salu, — in Gal. III ad 5, 26 'cum augustius aliquid hominum se praebet obtutibus', Mamertin., Amm., Prud., — adu. Rufin. III, 23 'tantas peruersitates adinuenit', — in Am. III ad 7, 10 sqq. 'sanctificationes uel caerimoniae populi Israel desolabuntur' al., — u. Paul. 10 inter has sermocinationes, — in Eph. II ad 4, 10 omnes coelos et uniuersas sublimitates et coelorum circulos, al. Cypr., Salu., — in Ezech. hom. 11, 1 'ab arbore cedri..teneritudines et summa quaeque decerpsit', — ep. «52, 3» inter carnis titillationes, — Did. spir. snct. 26 'corporum recipientium tactum et habentium uastitatis', al. Acc. trag. fr. et Cic., — Did. spir. snct 53 'ut sciret uiolentias spirituum', Aug., App., herb. —

Verba:

denominatiua (cf. **a** p. 29—40, **4**** p. 569—76): caseatus, *cataplasmare*[1]), cauteriare[2]), centupli**care**[3]), *compaginare*[4]), dilucidare[5]), *dulcorare*[6]), falsare[7]), **farinatus** (**9**), [10]fatua*tus*[8]) pass., foederare[9]), **fuliginatus**, humiliare[10]), ignitus[11]), medullare[12]), *menstruatus*[13]), *muratus*[14]), oculare[15]), pigmentatus[16]), [20]plasmare[17]), *praeuiare*[18]), **pronubare**, prophetare[19]), remediari[20]), rhetoricari[21]), scopare[22]), *serrare*[23]), sordidare[24]), *tristari*[25]), trutinare[26]), *uinculare* (**3*** p. 19), unire[27]), **zelari**[28]); cf. inf. inchoat. 1, 2, 4, 5; quibus acce-

1) Vulg. Is. (in Is. XI ad 38, 21), cf. Scrut. p. 30. 2) in Eph. III ad 5, 11 cauteriatam habentes conscientiam al. (Lucif.), intpr. Iren., Pelag. 3) quu. hebr. in Gen. 26, 12 'genus frugum quod centuplicauerat', Vulg., part. -atus Plin., recc. 4) in Eph. I ad 2, 21 in quo (summo angulari lapide) omnis aedificatio compaginata (Amm.), Aug., Prud. 5) in Ezech. hom. 1, 11 'quis ita est capax spiritus Dei, ut haec sacramenta dilucidet?' al. (Zen. Ver.), postt. 6) ep. 120 pr. 'ut mare mortuum dulcorarent', 69, 6, in Os. pr. al., Vulg. (Ambr.); exempla ab -or abstr. deriuatorum uide **D** p. 58. 7) in Ier. pr. 'ut uerum pro corrupto atque falsato prophetam teneas', ep. 84, 10 'solus inuentus est Origenes, cuius scripta in toto orbe falsarentur?', adu. Rufin. II, 15, III, 5 al. 8) ep. 51, 6 'nec contemnunt res fatuatas', fatuari depon. Sen. 9) ep. 84, 4 'quod periuriorum atque mendacii inter se orgiis foederentur' al. 10) ep. 130, 12 'si humiliaueris te sub potenti manu Dei' et saepe, Vulg. (Ambr.), Rufin., Aug. 11) in Agg. 2, 16 sqq. igniti fide, ut carbunculus. 12) in Is. IX ad 30 ex. 'non intellegentes Apocalypsim Ioannis in superficie literae medullata ecclesiae sacramenta contexere' al. (App., Ps. 65, 15 et ap. Hil.: holocausta medullata), Aug. anim. orig. IV, 5 'quando incipiant (ossa) medullari'. 13) in Ez. VI ad 18, 5 sqq. al., Vulg., menstruans Th. Prisc., Pall. 14) in Ez. comm. V ad 17, 1, in Ez. hom. 11, 1 al., murare Cassiod. (Epiph.) hist. eccl. 15) in Eccl. 7 col. 444 'nouit hirundo pullos de sua oculare chelidonia'. 16) Did. spir. sct. prf. totum flaccidum .. et exquisitis hinc inde odoribus pigmentatum, Prud. 17) ep. 100, 12 Adam et Euam plasmans Deus, c. Ioann. 15, 22 et saep., Vulg. (Cypr. ep. 74, 7, Ambr.). 18) in Gal. III ad 5, 24 'qui spiritum allegoriae sequitur praeuiantem' (Ambr.). 19) saepe, ut c. Pelag. I, 39, adn. Iouin. I, 30, Did. spir. snct. 29 .., prophetizare in Is. hom. 6, 1 al., Vulg. 20) adu. Iouin. II, 10, «ep. 68, 1», utrobique c. acc. 21) adu. Lucif. 4 al. 22) etiam S. S. uet. locum cit. Rönsch p. 158. 23) in Is. IV ad 10, 15 'quod per illum serretur' al., Vulg. 24) ut ep. 75, 2 uitiis sordidamur, 38, 4 al. (**4****, Scr. p. 25), sed part. -tus iam uett. 25) c. Pelag. I, 38 terretur atque tristatur. 26) in Eph. II ad 4, 2 uerbis trutinatis al., sed etiam depon. -ri adhibet. 27) ep. 100, 12 'si corporibus propter poenas errantes animae uniuntur'. Cf. **3*** p. 45. 28) in Soph. 1, 17 sq. 'nisi amaret humanam animam, nunquam zelaretur eam',

daut translata de graeco *-ίζειν* producta in -**izare**: **allegorizare**[29]), *anathematizare*[30]), *iudaizare*[31]), *prophetizare* (n. 19); — *causari *al* : ad *causatio p. 12; — *coenare c. acc. *pers.* in Is. hom. 2, 2 'certum est, quia et nos cum illo coenamus, si coenemus illum'; — *communicare intr. c. *dat.* c. Ioann. 4 'monachorum, qui tibi in Palaestina non communicant', Did. spir. sanct. 17 Spiritui Sancto al., Vulg., Aug., Sulp. Seu., — *concordare *trans.*: **9**; — *figurare *al.* (uerba) nom. hebr. col. 96 'si femininum nomen figuratur a lilio', 102 'Macedo figuratum nomen ab eo quod hebraice legitur Meccedem' al. (quemadmodum figuratio Gell.), *al.* figuratus q. fictus adu. Rufin. I, 30 'det unum, quem figurata laude perstrinxerim', ep. 81, 2 al.; — *fistulatns *al.* (Arn.) ep. 130, 16 'cum hoc quasi scorpionis ictu simplices quosque percusserint, et fistulato uulnere locum sibi fecerint, uenena diffundunt' al., Sid., al. Suet., al. fistulari Dosith.; — *germinare *causat.* in Is. XVII ad 61, 10 sq. 'sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus germinabit iustitiam atque laetitiam coram cunctis gentibus' al., Vulg. (cf. **9**), ossium germinatio in Is. XVIII ad 66, 13 sq.; — *intimare transl. (Scr. 10) in Soph. 2, 5 sqq. (nobis propositum est) ea intimare nostris, quae accepimus ab Hebraeis', ep. 108, 20 al.; — *lactare *trans.* in Luc. hom. 9 matris lactatus uberibus, Vulg.; — *lineatus *transl.* (al. Solin. **4***); — *mundare *al.* c. acc. rei, quae aufertur (Scr. p. 47) in Jer. I ad 1, 9 'qui iniquitates auferat et mundet peccata' al.; — *ordinare **eccl.**: ad *ordinatio p. 15; — *pullulare trans. in Is. XIII ad 48, 17 sq. 'in populo Judaeorum, qui usque in praesentem diem instar uermiculorum pullulant filios et nepotes' al.; — *reciprocare intr. *transl.* in Philem. 15 sq. 'ex quo paulatim et per gradus suos reciprocante sententia

---

in Is. XI ad 37, 30 sqq. al., Fulg. M. 29) ut c. Ioann. 7 al., Aug. 30) ut nom. hebr. col. 117, ep. 112, 13, Vulg., Aug. 31) in Is. IV ad 11, 6 sqq. 'ut iudaizantes nostros conuincamus', adu. Rufin. II, 33 al., Vulg. Apponimus his etiam **blasphemare**, ut ep. 121, 7, Vulg., Prud.

ideo (Onesimus) minister Euangelii est factus, quod fugit a domino'; — *solidare *transl.*, ut in Is. XIV ad 51, 4 sq. 'animae sanatorum, quae in persecutionibus mundi istius firma in Deum solidatae sunt fide' al.; — *tornare *transl.* adu. Iouin. II, 21 comae in occipitium frontemque tornatae al.; — *tribulare transl., ut in Jer. II ad 10, 17 sq. 'sic eos obsideri faciam sicque tribulabo et coangustabo', Vulg.; — *uallare *pro* circumdare c. Pelag. II, 24 'etiamsi mulierum uallor agminibus, nullam habeo concupiscentiam', in Is. XI ad 37, 30 sqq. 'paruae urbis reliquiae, quae nunc hostili uallantur exercitu' et saep. (praeeunte Luc. bello uallare); — *uentilare *transl.* q. exagitare, discutere (quaestionem), ut ep. 119, 8 'super quo quamuis superior disputatio plenius uentilarit, tamen dicendum est, quid uideatur aliis', 112, 14, 133, 9 'quam quaestionem beatus Apostolus . . prudentissime uentilat, ignorans haec et Dei concedens scientiae', in Luc. h. 20 'sensum Scripturae diligentius uentilemus' et saep. (Ambr., Symm.), Cod. Theod., cf. *euentilare l. s.

E S. S.: amaricare[1]), captiuare (**3**), *cibare aliquem[2]), dimidiare[3]), fornicari[4]), ieiunare[5]), inhonorare[6]), mensurare[7]), principari[8]), timoratus[9]); — catechizare[9a]), euangelizare[10]), eunuchizare (**2**), scandalizare[11]), thesaurizare[12]).

pA: bituminatus: **9**, breuiare (Quint., Manil., — Lact.) in Eccl. 8 col. 445 'ne longitudo uitae ipsius breuietur', in Tit. 3, 9 producta breuiantes al., Vulg., postt., *corporare (Plin., — Lact.) c. Ioann. 22 col. 428 A, *mancipare c. dat. trnsl. (Tac., — App., Lact.) adu. Iouin. II, 21 'quod a uirtute procul est, uitio mancipatur', ep.

---

1) amaricans nom. hebr. col. 65. 2) ut in Ez. I ad 3, 2 'et cibauit eum'. 3) quu. hebr. in Gen. 33, 1 (**2**). 4) ut in Is. XVI ad 57, 9 ut . . haberes studium fornicandi. 5) ep. 84, 9 et saepe. 6) ep. 148, 4 'per singula quaeque praecepta inhonorantes Deum . . ad iracundiam prouocamus', in Ez. hom. 12 aliq. et al. 7) in Jer. III ad 13, 24 sq. al. 8) in Is. hom. 6, 3 'mulierem non permittit principari uiro' al. (**3**). 9) in Is. XIV ad 50, 10 'quos uulgo appellant timoratos in religione Dei'. 9*a*) in Gal. II ad 4, 8 sq. 10) ut in Is. XI ad 40, 12 sqq. 11) in Mal. 2, 8 sq. 'cum quis scandalizat multos', in Is. l. l. et saep. 12) in Is. VI ad 13, 11 al.

120, 11 'ut increduli suppliciis mancipentur', in Eph. III ad 5, 15 sapientiae studiis se, quu. hebr. in Gen. 40, 1 al., uegetare (Sen., — Gell., App., Aus.) in Agg. 2, 11 sqq. 'statim ut spiritus uegetans artus recesserit', in Dan. 13, 8, ep. 121, 10 al.; — *pr*: caecutire (Varr. Men., – App.) in Mal. 3, 2 sqq. lippientibus et caecutientibus oculis al., M. Cap., humectus in Jer. I ad 2, 22 in uirentibus et humectis locis, Th. Prisc., Pall., Macr., *sublimare transl. erhöhen (Cat. fr., — App., Jul. Val., Amm.) in Ez. **h.** 12 s. f. 'eras lignum humile,..uerum sublimauit te Deus', in Is. XIII ad 29, 8 sqq. al., C. Th., Macr. alii; — *p*: fecundare: **9**, manifestare (Ou., Stat. Theb. II 389 al., — Just., Claud. Apon. 74) adu. Lucif. 15 'quae post resurrectionem Christi apostolis manifestata sunt', in Eph. II ad 3, 5 sqq. al., Vulg., postt. (cf. et Scr. p. 22) — adu. manifeste (Cels., Scrib., — App., ICti) saepiss., e. c. ep. 106, 70: quod m. et in Hebraeo et in LXX interpretibus habetur —, radiare (Plin., Flor.) in Abac. II ad 3, 4 'splendor eius..clara luce radiauit' et saep., rutilare intr. (Minuc., -ans Pl., Tac.) in Is. V ad 18, 4 'quando sol de medio coelo rutilat', adu. Jouin. II, 23 et saep., sulcare (Plin.) ep. 1, 3 sulcatis lateribus al., superbire (Pl., Tac.) c. Pel. I, 20 desine superbire, in Is. I ad 2, 12 et saepe, turpare (et Cic. frgm.) adu. Rufin. I, 11 'candida prius sanguine membra turpantur', in Cant. tr. 1 col. 510 al., uernare (Plin.) c. Pelag. II, 24 'tu uirtutum floribus uernas', ep. 148, 14 al.

Verba denominatiua (cum deriuatis ab adu., ut extrare, propiare) computauimus exeuntia in -are (submotis quibusdam quae gloss. tantum sunt) recc. 640. Quo e numero inuenta apud Hieronymum retulimus 31, quorum peculiaria ipsius haberi possunt 5. Ad 2, 3, 20, 23, 25, 33 et ad 34 sqq. cf. **A** n. 58 et p. 25 sq.

intensiua: auersare[1]), **complexans**[2]), **distentare (9)**, **exclamitare (9)**, mergitare[3]), *reuectare*[4]), **uescitari (9)**, — pauca, pro portione tamen haud pauca peculiaria. Omnino Hieronymus non raro intensiuas uerborum formas, in his etiam minus consuetas quasdam, usurpat, ueluti e. c. *pr*: adiutare (et Cic. fr., Petr.) in Gal. III ad 6, 2, ductare in Gal. II ad 3, 24 sqq.,

1) in Am. I ad 1, 5 'nonne (debeo) clementiae meae multum auersare ab eo?'. 2) c. Jouin. I, 3 'digitorum coniunctio quasi molli se complexans osculo et foederans' al., Vulg. Marc., Coripp. complexant. Cf. complexatio Ps. Eucher. (**A**), complexabilis Cassiod. 3) adu. Lucif. 8 in lanacro ter caput mergitare. 4) in Eph. I ad 2, 15 sqq. bonus pastor morbidam ad montes reuectans ouem.

ductitare ep. 50, 4, gestitare adu. Iouin. II 21 callosam opere gestitans manum, lactare, ut ep. 81, 8 'cum nos ficta pacis ostensione lactauerit', in Ez. XI ad 39, 1 sqq., mussitare (Liu., App., quorum ss. ll. cit.) ep. 71, 1 'ut.. mecum tacitus mussitarem..' et saepe, quaeritare in Matth. II ad 12, 13 uictum, uictitare in Gal. II ad 3, 27 sq. 'hi qui sordide uictitant', ep. 107, 10 in cochlearum morem succo uictitans suo, c. Iouin. II, 7 et saep.. — et alia, ut factitare in Mtth. III ad 23, 6 al., discursare (pA) ep. 50, 4 iactitare (Liu., Jul. Val.) in Ez. IX ad 29, 3 sqq. 'quod fluuios et riuos Nili a se factos iactitet', X ad 33, 23 sqq. et saepe, Sulp., Seu., lectitare, ut ep. 123, 11, mansitare (Plin., Tac., — Sol. 1, 18: ibi Romulus mansitauit, Fronto, Jul. Val., Lucif. pro Athan. I p. 831 Migne) u. Hilar. 39 paucis diebus in uicino agello mansitans al., Laurent. hom. 1, reptare ep. 54, 4 al. Huic. generi accensendum esse uidetur etiam manducare (productum ex eo q. e. mandere), quod prorsus i. edere (**A** p. 51) noster quoque ponere solet, ut in Ez. VI ad 18, 5 sqq. 'qui manducauerunt et biberunt et saturati sunt', ep. 31, 1, 123, 15 al.; — *cessare *pro* desinere (cesser) in Is. XVII ad 60, 19 sq. 'quando coelo terraque transeuntibus solis ac lunae cessabit officium', in Jer. XI ad 31, 35 sq. 'quando dicitur: in nouissimis diebus, ergo mundus esse cessabit, et alia fiet rerum dispositio', in Ezech II ad 7, 24 'post contaminationem mea esse cessarunt', in Luc. hom. 37 'postquam ille coepit esse dominus, plures domini esse cessauerunt', ep. 124, 6 al., et *sic* cessatio in Gal. pr. 'antiquae legis cessatio et nouae introductio', in Mich. II ad 5, 7 sqq. al., Salu. auar. I, 8.

inchoatiua (cf. **D** p. 252—55, **C** n. 3): **immitescere**[1]), **lippescere** (**D**), **de-sipiscere** (**9**), *surdescere* (**9**), *uilescere*[2]), quibus e praepositionatis accedunt quinque.

1) ep. 100, 15 'rabiem immitescentium gurgitum portus.. prohibent'. 2) ep. 77, 2 'quidquid primum arripuero, sequentium comparatione uilescit', in Is. XVIII ad 65, 12 al. (Auien., Veg. m.), Paulin. Nol., postt.

Aliis praeterea Hieronymus haud raro utitur inchoatiuis cum consuetis tum etiam minus crebri in prosa praesertim usus formis, cuius modi plus minus sunt u. c. haec (quibus singulos fere locos adscribere satis habui): candescere, ut in Agg. 1, 9, feruescere adu. Vigil. 2, flauescere in Is. VIII ad 25, 13 sqq., frondescere ep. 36, 14, marcescere in Is. XII ad 40, 27 sq. et saep., mollescere adu. Jouin. II, 9 al., nigrescere u. Malch. 9, plumescere, stupescere Vulg. Ez. 32, 10 et Hier. ad l., tremescere in Naum 3, 7, ueterascere in Is. XVIII ad 65, 23 sq. 'opera populi Dei non ueterascent, sed innouabuntur quotidie' al.

composita: crucifigere[1], *prodificare*[2], ualefacere[3], **uilificare**; — *aedificare *eccl.* ep. 64, 5 'omne quod non aedificat audientes, in periculum uertitur loquentium', in Ezech. hom. 5, 5 'cum magis id quaerere debeamus, quod aedificet, quod ad poenitentiam reuocet' al. (cf. ep. 148, 7: aedificanti tibi spiritualem domum non super leuitatem arenae, sed super soliditatem petrae), Vulg., Arat. (Scr. p. 35), eodemque modo aedificatio ep. 51, 2 'pro opere Dei, quod in aedificationem et non in destructionem fratrum factum est', adu. Rufin. III, 9 'quae est audientium aedificatio duos senes inter se propter haereticos digladiari?', 16, in Eccl. 10 col. 474, Vulg.

Ex eorum, quae in S. S. uet. leguntur, numero apponimus: clarificare[1], glorificare[2], iustificare[3], mortificare (sup. p. 11

1) adu. Jouin. I, 36, in Eccl. 5 col. 429 al., Vulg. (Tert. adu. Marc. V, 6 al., Cypr. ep. 66, 3 al., Hilar.). 2) nom. hebr. col. 102, cf. A s. u. 3) ep. 120, 11 et Vulg. 2 Cor. 2, 13 ualefaciens eis, — atque ita coniunctim legenda esse uidentur ap. Hier. etiam lucrifacere ep. 112, 10 'simulasti te Judaeum, ut Judaeos lucrifaceres', in Mtth. III ad 18, 15 sq. et saep., manufacta s. in Is. XVIII ad 66, 1 'non in manufactis habitat', paruipendere ep. 51, 3 'ne te uiderer paruipendere' al. (at diuisim ep. 84, 7: parui scilicet pendentes..), suprascriptus, ut in Jer. II ad 9, 25 sq. 'qui mixtus est cum gentibus suprascriptis', it. supradictus, ut in Zach. III ad 12, 9 in supradicto uolumine.

1) ut in Is. IX pr. 'cum Moyse ingrediamur nubem et caliginem, ut clarificetur uultus noster'. 2) Did. spir. snct. 33. 3) in Is. II ad 5, 23.

n. 11), — praeterea pacificare (*p*) in Is. XIV ad 52, 7 sq., in Mal. 2, 5 sqq. et saep., fructificare (Calp., — Tert.) in Ez. h. 5, 5 'lignis, quae in saltu fructificant' al., Sulp. Seu., Sedul.

Verba **praepositionata.** Operae pretium mihi uideor esse facturus, si uerborum latinorum omnium, quibus affixae sunt praepositiones, indicem quam plenissimum, ita ut quae uerba quas praepositiones quibus fere, quantum id sciri potest, linguae temporibus*) assumpserint in conspectu ponatur, e collectaneis huc contulero, quae autem de singulorum huius generis nouiciorum aut etiam aliorum quorundam apud Hieronymum usu animaduertimus, ad singula annotauero.

Aceratus, ob-, — acerbare, ex-, *de-ex-*, -acerbescere, *ex-*, — aceruare, co-, *ex-*, *super-*, — acescere, co-, ex-, in-, per-, — -acinare, de-, *ex-*, — *acisclare*, *ex-*, — acuere, ex-, per- (-tus), prae- Caes., — acuminare, *ex-*, — aedificare, [1]**circum-** (**9**), co-,

*) Qua in re, in distinguendis scilicet non tam uerborum ipsorum per se, quam auctorum, per quos innotescunt nobis, temporibus, sic egimus. Ordinariis literis (in praepositionibus scilicet scribendis) significamus uerbum aurea iam q. d. linguae aetate in prosa oratione adhiberi, et quidem, si nihil adscriptum est, apud Ciceronem exstare, nam si absque Ciceronis Caesarisue testimonio uerbi tamen usum illi aetati uindicandum esse putabamus, n adscripsimus. Formis differentibus significamus uerbum in prosa quidem post Ciceronem (aut apud aequales quidem eius, sed minus probos purae latinitatis auctores) innotescere, adscripto p, si apud Augustei aeui poetas aut solos inter uett. aut aliquanto ante ceteros inuenitur. Minusculis formis indicatur uerbum per scriptores Cicerone (uel poetas Vergilio) antiquiores cognitum esse solos aut certe multo demum post tempore rursus comparere in literis. Denique *obliquis* formis, ut consueuimus, in eis usi sumus quae recc. sunt, h. e. post Hadrianum in literis latinis emergunt. Itaque e. c. cum legis 'domare, *con-*, *de-*, e-, per- n?, prae-, re- (Cic. s.), sub-', statim agnoscis, edomare auctoritatis esse haud dubie Tullianae, item redomare, sed ita ut Ciceronis solius uno tantum loco nitatur, perdomare Ciceronianae quidem aetatis, sed incertum an ab ipso adhibitum, praedomare auctorum esse argenteae q. d. latinitatis, subdomare priscae, condomare, dedomare apud recc. demum inueniri. Non sane spondemus plane omnia uerba praepositionata a nobis esse congregata, nam et consulto quaedam praeteriimus, ut priuatae licentiae (u. c. Laberii) commenta, ut parum testimoniata, et alia fortasse nos praeterierunt, at certe aliquot centurias hic inuenies a Georges etiam in nouissima lexici sui editione omissas.

ex-, in-, per-, *re-**), *super-***), — aegrotare, [2] **co-**, — aemulari, *ob-, sub-*, — aequare, ad-, co-, ex-, in- Caes., per-, -aequitare, *ad-*, — aerare, *ad-, in-*, -tus, ob-, sub-, — aestimare, co-, *per-*, -istimare, ex-, — aestuare, *ab-*, ad-, ex-, in- p, *inter-*, — agere, circum- n, per-, praeter- p, [50] *re-*, retro-, subter-, agitare, ex-, ob-, per- Caes., -actare, co- Lucr., -igere, ab-, ad-, trans-ad- p, amb-, co-: cogere, *re-*, de-: degere, *con-*, ex-igere, *super-ex-*, in- Varr., prod- n (prodigus et Cic.), red-, sub-, *con-sub-*, pro-sub- p, trans-, -igitare, co-: cogitare, ex-co-, in-co- p, prae-co-, re-co-, sub- (-igitare), — aggerare, ad- (et Cat.), circum-, co-, ex-, *in-*, super-, — -agmentare, co-, — -agrare, per-, — alapare, *ex-*, — albare, de- (et Hier.), sub-de- Varr., *ex-*, in-, albere, *in-*, *sub-*, albescere, ex-, in-, — -alburnatus, ex-, — alere, co-***), alescere, co- n, — -algescere, [100] in-, — alienare, ab-, — *altare*, ex-†), [3] *super-ex-* (*trans.* Vulg.), *in-, super-*, — *alterare, in-*, — altercari, *co-*, — aluminatus, ex-, — amare, ad-, de-, red- (Cic. s., recc.), — *amaricare, ex-, in-*, amarescere, in- p, — ambulare, ab-, ad-, *circum-, co-*, de- (et Cat.), pro-de-, ex-, in-, ob- n, per- n, *prae-*, red-, *super-*, — amicire, *circum-*, — ampliare, *ad-, ex-, re-*, — amptruare, red-, — -amurcare, *ex-*, — ancillari, *ex-*, — angustare, co-††), *angustiare, co-*, — animare, ex-, *in-, red-*, — -annare, per-, — -antlare, ex-, — -apere, co-: coepisse, prae- B. Al., aptare, [4] *co-*1), *ex-, prae-*, -eptare, ind-, apisci: -ipisci, ad-, ind- (et Liu., postt.), [50] red-, — *aporiari, ex-*, — aquari, ad- Caes. (-re Plin.), in- (-re), -aquescere, *ex-*, — arare, circum-, ex-, in-

1) in Matth. III ad 21, 24 sqq. 'humilitatis uerbo.. usa ad insidias coaptandas', in Is. X ad 32 'quae sequuntur eundem prope sensum continent et possunt haereticis coaptari', in Eccl. 12 col. 488 'solem et lunam.. ad oculos, aures.. coaptant', adu. Jouin. I, 11 et saep., Vulg., Aug., Prud.

perinde disserere aliquid (Tac. libertatis bona) adu. Rufin. I, 20 'Alexandrum Aristotelis uolumina disserentem', ep. 5, 2 'commentarios, in quibus canticum canticorum .. disseruit', in Cant. tr. 2 col. 528 'si potuero Dei disserere sermonem', adu. Iouin. I, 13 'Gregorius uirginitatem et nuptias disserens' al., cf. Rufin. Orig. in Ex. h. 12, 1 s. in. 'haec (Exod. 34, 30 sqq.) Apostolus disserens ..', 13, 1 'ut aliqua ex his quae lecta sunt disserantur'; — *eleuare erheben *transl.* c. Pelag. II, 29 'haeretici, qui eleuantur per superbiam', III, 15 'discipuli tui eleuantur, ut corruant'; sed etiam proprie, ut in Is. XIV ad 51, 21 sqq. 'eleuare, eleuare, consurge', Vulg.; primitiua illa uerbi significatio rarior est in literis latinis (Caes. BC II, 9, — App., Capit., Claud. citant); — *emendare meton. q. castigare per poenam (Scr. p. 41) c. Pelag. II, 15; — *emundare *praegn.* c. acc. rei quae aufertur, ut in Abac. II ad 3, 11—13 'cum lepra ipsius fuerit emundata' (cf. Scr. p. 47); — *euentilare *transl.* q. discutere transl. uel excutere: in Luc. h. 29 Scripturae sensum diligenter euentilans, in Eph. III ad 5, 14 'omnes editiones ueterum Scripturarum ipsaque Hebraeorum uolumina diligenter euentilans nunquam hoc scriptum reperi', c. Ioann. 8 al., cf. excutere in Abd. 1, 1 'longum est si uoluero cunctas Scripturas excutere et proferre in medium super montem Seir'; cf. et *uentilare p. 94; — *excurrere quu. hebr. in Gen. 5, 3 ducentorum et quod excurrit annorum (Paul. Dig., Veg. m.); — *exinanire *q.* exspoliare, humiliare adu. Rufin. II, 12 'se exinaniuit formam serui accipiens' al., Vulg.; — *expugnare transl. (Scr. p. 42), ut in Gal. I ad 1, 4 'tradidit se sapientia, ut insipientiam expugnaret'; — *extensus *ut* extensa uocalis: **9**; — *insinuare trnsl. q. notum facere, mittheilen (Scr. p. 10 et 44) ep. 125, 2 'totum quod .. insinuare tibi cupio, .. illud est, ut, in quo litore pudicitiae pirata sit, noueris'; — *intendere aliquid *pro* (animum) in aliquid (unde *entendre*) in Luc. hom. 8: 'respexit in humilitatem ancillae suae' .. quomodo intendat hu-

militatem, non satis liquet, hom. 19 'si diligenter sensum intendimus Scripturarum' (alicui rei Did. spir. snct. 1): — *inueterare *praegn.* q. abolere in Is. XVIII ad 65, 23 sqq. 'an non tibi uidetur quotidie inueterare opera sua, qui praeteritorum oblitus in futurum extenditur?' (Lact.); — *obdurare *trans.* adu. Rufin. III, 4 'usque adeone obdurasti frontem?', 11 (Lact., Capit., Nazar.); — *obseruare *al.* (Scrut. p. 13) ep. 21, 5 'iste est dexter oculus, qui a scandalis obseruandus est', u. Hilar. 43; — *offirmare propr. u. Paul. 9 'ostium occludens sera offirmauit' (App.); — *perstringere *de* aliqua re Did. spir. sanct. 58 'et cetera his similia, de quibus paulo ante perstrinximus'; — *pertinere *ad* (*appartenir:* Scr. p. 49) in Ezech. XIV ad 48, 18—20 'ut quaedam uillae sint pertinentes ad iura urbium (Stadtgüter) uel regia munificentia uel hereditatibus et donatione multorum'; — *praedestinare *eccl.* ep. 120, 10 'Paulus praedestinatur in Euangelium, antequam nascatur', adu. Rufin. I, 22 al. (Hilar.), Aug., Prosp., Prud.; — *praeiudicare transl. (**3**) ep. 78, mans. 39 'nec praeiudicare debere catalogo mansionum extraordinariam expositionem' al.; — *praesumere *noue* sich herausnehmen, sich anmassen in Abd. s. f. 'in hoc propheta et adulescentuli lusimus et senes praesumpsimus', ep. 53, 7 'hanc (Scripturarum artem) . . uniuersi praesumunt, antequam discant' al.; — *praetendere *al.* ep. 118, 1 'linguae celeritatem praetenderent signa uerborum' (i. notae compendiariae); — *praetergredi *transl.* ep. 36, 9 'ponam et aliam opinionem, ne quid uidear praetergressus', in Eph. II ad 4, 20 'concessos fines praetergrediens nuptiarum' al.; — *praeualere *c. inf.* (ut simpl. ualere e. c. in Is. VII ad 23, 13) in Is. VII ad 23, 10 sq. 'postquam manus eorum non praeualuit felicitate huius seculi perfrui', in IX ad 28, 16 sqq. al. (omnino hoc uerbum freq. ap. Hier.), Rufin., postt. (**D** p. 171 n. 36); — *protelare temp. ep. 38, 1 'ut XV annorum spatium ei protelетur ad uitam', adu. Iouin. I, 25, II, 15 al., Rufin. in Jesu N. h. 11, 3; — *repensare aliquid

in quem ep. 39, 2 longaeui patris delicta in innocentem infantiam; — *reputare t r a n s l. q. imputare, attribuere c. Pelag. I, 33 'non . . incentiua uitiorum reputantur in peccatum', in Agg. 1, 3 'quasi non fuerit, reputatur in nihilum', c. Pelag. III, 8 'ei cuncta reputamus', quu. hebr. in Gen. 12, 4, in Matth. II ad 13, 37 sqq. al., Rufin. Orig. in Leuit. hom. 8, 6 'reputari ei peccatum', *al.* pass. c. nom. praed. adu. Jouin. I, 15 'quia post baptisma, etiamsi tertia et quarta uxor fuerit, quasi prima reputetur'; sim. deputare, sed post pr (etiam Tert., cf. Rönsch It. p. 358), ut in Matth. II ad 12, 25 'Pharisaei operâ Dei principi daemoniorum deputabant', c. Ioann. 9 'tibi ueritatem, illi mendacium deputare', adu. Jouin. II, 36 'pro magna sapientia deputas, si plures porci post te currant'; — *resonare q. *t r a n s l.* quu. hebr. prf. 'nominum atque regionum, quae in nostro sermone non resonant (keinen Sinn geben, nichts bedeuten), uernaculae linguae explanare ratione', in Ezech. III ad 11, 14 sqq. 'illi uerterunt: consummata est, quod iuxta sensum omnino non resonat', quu. hebr. in Gen. 14, 7 'Asasonthamar in lingua nostra resonat urbs palmarum', ep. 106, 48, 130, 11 al, et saepius etiam sim. simpl. sonare prorsus pro significare (**9**), ut u. c. in Is. XI ad 38, 21 sq. 'aiunt Hebraei uerbum Siin ulcus sonare, non uulnus', ep. 106, 16 'quia Jasab uerbum ambiguum est, et potest utrumque sonare, nam et sessio et habitatio dicitur' al.; — *retinere q. meminisse c. Ioann. 11 'quae acclamatio consecuta sit, puto quod retineas'; — *subdere transl. *al.* niedriger stellen als adu. Jouin. I, 14 'quomodo nuptias subdiderat uirginitati, ita digamiam primis nuptiis subicit' (quod uerbum ita et Liu.); — *suggerere trnsl. (cf. Scrut. p. 55 et sup. suggestio), ut adu. Rufin. I, 12 'imperatorum scripta, quae de Alexandria et Aegypto Origenistas pelli iubent, me suggerente dictata sunt' (Rufin. Orig. in Jesu Naue h. 5, 6: quod . . uetustae consuetudinis inustione suggeritur); — *subiacere t r a n s l. unterworfen, ausgesetzt sein saepe, ut in Is. II ad 3, 10 sq. Romanae seruituti, adu. Heluid. 20

'alii (dat.) eos tunc subiacuisse sententiae et alii nos', reg. Pachom. 23 correptioni, c. Ioann. 26 'spirituale (corpus), quod nec tactui subiacet', c. Pelag. II, 4 'omnis creatura peccato subiacet', in Luc. h. 29 'omnis homo morti subiacet' al. (Tert. an. 24: nulli passioni subiacebit', Lact.); — *suffundere transl. beschämen adu. Iouin. I, 48 'haec .. Theophrastus disserens quem non suffundat christianorum ..?'; — *supplantare *figur.* in Eccl. 10 col. 474 'e contrario (stulti) uirum prudentem supplantare conantur et sui similem facere', in Jer. III ad 14, 15 sq. 'pseudoprophetae, qui prospera promittendo supplantant populum', in Is. IV ad 9, 8 sqq. 'ad ecclesiam, quae priorem populum supplantauit' al. (sim. auct. decl. trib. Mar.); — *supplaudere intr. in Eph. II ad 3, 5 sq. 'ad eum, qui sibi de sapientia supplaudebat, Deus loquitur per prophetam' (Ez. 28, 3), ep. 14, 9 (cf. applaudere p. 121 ann. ad u. implaudere); — *supportare *transl. (supporter)* in Ezech. hom. 6, 6 'supportauit mores tuos Dominus Deus tuus, quomodo si quis supportet homo filium suum', ib. inf., [Hilar.] anon. in Iob, postt. (D p. 88); — *subsistere *figur.* bestehen, sein: Did. spir. sanct. 4 'ipse subsistens in his bonis, quae a Deo largiuntur'. ib. 'ea quae diuinitus administrantur non absque eo (Spiritu S.) subsistere', ib. 8, ib. 36, ib. 38 'immutabilem bonitatem de se et in se subsistentem', ib. 'quidquid Filius ipse subsistit, et quaecunque sunt Filii', ib. 61 'diabolus non creator, sed creatura subsistens', in Agg. 2, 1 sqq. 'et est domus illa .. nunc .. quasi non sit .. uerumtamen quia facta est prior domus quasi non subsistens, prouocatur Zorobabel ..', ep. 124, 14 (*principalis p. 50) al.; cf. *stare *transl.* de assertionibus sich aufrecht halten, behaupten lassen, ut in Is. VII ad 19 in. 'pleraque ponuntur, quae non possent stare iuxta historiam, ut .. cogamur altiorem intellegentiam quaerere', XVIII ad 66, 5 'sic stare potest illa sententia', in Eph. III ad 5, 12 'non mihi uidetur sermonis stare contextus' al., cf. Rufin. Orig. in Num. h. 18, 2 p. 220 L.; — *subuolare *al.* q. deorsum uolare u. Paul.

10 'suspiciunt coruum in ramo arboris consedisse, qui inde leniter subuolabat, et panem ante ora mirantium deposuit'; — *suscipere al. pro accipere, ut ep. 72, 5 'munuscula a te missa libenter suscepi' al. (pecuniam ICti); — *transfretare c. acc. spat. (transl. Tert., proprie Amm.,) adu. Rufin. I, 31 maria uolatu aeris, nom. loc. hebr. col. 230 mare Rubrum al.; — *transmigrare *trans. act.* nom. hebr. col. 70 'transmigrans actiua significatione intellegendum, quod graece dicitur ἀποικίζων id est alios transferens', *pass.* in Jer. V ad 28, 1 'qui cum Jechonia fuerant transmigrati', ib. ad 29, 1 al. (**8**).

Denique de **simplicium** quorundam uerborum significatione et usu haec uidebantur esse notanda:

*censeri c. abl. (nomine . . uel al.: pA, recc., cf. Scrut. p. 37) saep. et Hier., ut Did. spir. snct. 54 'Spiritus Sanctus semper Spiritus Sancti appellatione censetur', in Luc. h. 22, in Zach. II ad 8, 13 'omnes qui censentur uocabulo christiano', in Os. III ad 11, 1 (cf. Rufin. in Jud. h. 8, 1 al.), ep. 54, 16 'ab atauis beatitudine diuitiisque censetur', c. Ioann 22 'omne deinceps humanum genus quibus animarum censetur exordiis? utrum ex traduce iuxta bruta animalia? . .' al.; — *credere eccl. in c. accus. uel abl., ut adu. Jouin. II, 32 'in crucifixum credens Dominum', in Is. III ad 9, 1 'Hebraei credentes in Christum hunc locum ita edisserunt' et sic al. (in Is. V ad 14, 2: credentes Deo Israel et errorum idola relinquentes), in Eccl. 2 col. 480 'praecipitur ut in utrumque Instrumentum pari ueneratione credamus' (ib. inf.: nos igitur utrique Instrumento credamus), Vulg., ut Rom. 10, 14 'in quem non crediderunt' (Tert. adu. Marc. I, 12, Cypr. laps. 2 al.), — adu. Vigil. 7 'qui in Christo credimus' al. (Tert. apol. 23 s. f.); — **follere** (DV); — habere c. infin. = ἔχω uel μέλλω c. inf., abusione recc., sed editura nouas futuri formas in linguas nouolatinienses (amare habeo: j'aimer-ai, amar[h]é etc.), ut in Eccl. 1 col. 392 'quae nunc fiunt . . hi qui nasci habent (naître-ont) scire non poterunt' (S. S. uet., Tert., Cypr.,

Lact., Ambr. all. locos largitur Rönsch It. p. 447—49); haberi *q. pro* exstare, esse (Scrut. p. 61) saep., ut adu. Rufin. III, 36 'ego ita ut habebantur in graeco expressi' (sc. Origenis de principiis libros), quu. hebr. in Gen. 14, 7: sciendum, pro eo quod post paululum sequitur .. in Hebraeo haberi: in ualle Seddim, in 21, 9 al.*), saepius autem, ubi exspectares 'habetur' qua diximus significatione, loco eius legimus 'habet', ut in Eccl. 12 col. 491 'in eo ubi nos habemus: capparim, in Hebraeo habet abiona, quod .. interpretatur amor, desiderium, concupiscentia, uel capparis', quu. hebr. in Gen. 30, 19 sq. al., quod non puto intr. impers. esse accipiendum (ut bene, male habet Cic.), sed subaudiendum esse subiectum 'Scriptura'. Etenim quu. hebr. in Gen. 46, 28 accusatiuum quem regit latina prodit forma 'in Hebraeo nec urbem habet Heroum nec terram Ramesse, sed tantummodo Gesen'; — *manere *pro* habitare (Lampr.) ut ep. 47, 3 'quodsi exemplaria libuerit mutuari, a sancta Marcella, quae manet in Auentino, .. accipere poteris', 77, 8 (unde mansio = Wohnung post S. S., ut «Io. 14, 2»: in domo patris mei mansiones multae sunt' cum alii multi tum noster, illud plerumque respicientes eloquium): — *mederi *pass.* ep. 22, 8 'ut ex hoc mederetur infirmitas' al. (impers. Vitr. s.), sicuti et noceri pass. pers., quemadmodum Vitr. (b p. 14), Justin., Solin., Vlp. Dig., et noster admisit in Gal. I ad 3, 1 'quod .. is in quo bona sint aliqua alio fascinante, id est inuidente, noceatur', ib. inf. 'ut, quomodo tenera aetas noceri dicitur fascino, sic etiam Galatae in Christi fide nuper nati .. ueluti quodam fascinante sint nociti', quibuscum coniungimus aliorum deponentium apud nostr. significatione passiua usurpatorum exempla, ut consolari ep. 22, 35 'ut illius consoletur alloquiis', u. Hil. 30 'quo incredibiliter consolato tanti uiri praesentia' (cf. Neue FL II p. 321), demoliri in Ez. II ad 6, 6 'ut demoliantur excelsa, araeque et

*) Rarius hoc apud Rufinum inuenitur, ut Orig. in Cant. III p. 46 'quod sanctus ceruo comparatur, in multis scripturae diuinae locis habetur'.

idola destruantur' (cf. Rönsch p. 297, Neue l. l. 303 sq.), interpretari saepe, e. c. adu. Jouin. II, 7 'Thmuis, quod interpretatur hircus', c. Ioann. 2 et 4, ep. 26, 4 et 30, 5, c. Pelag. II, 25, ep. 26, 2 'melius esse non interpretata ponere, quam uim eorum interpretatione tenuare' al., Rufin. apol. I, 12: si quid interpretaretur a me, id. Orig. in Exod. hom. 11, 1: Sin tentatio interpretatur al. (cf. Georg. Lex. s. u., etiam HA p. 50), largiri Did. spir. sanct. 4 'in his bonis, quae a Domino largiuntur', Papin. Dig. (cf. Neue 293), transgressus nom. loc. hebr. col. 230 Jordane transgresso, in ps. 6 'omnes uirtutes in primo homine transgressae sunt siue perditae', Rufin. Orig. in Rom. IV, 4 transgressae legis*) (cf. Neue 290), uaticinari in Is. V ad 14, 28 'sub Achaz usque ad praesentem locum . . omnia . . uaticinata cognoscimus' (nihil habet Neue, — Gg uaticinasse Greg. Tur.), uesci ep. 37, 4 'Ephesii . . ab ipso Domino coelesti uescuntur pane', act. Tert. (quis nos uescet pane?); pro quibusdam rursus deponentibus formas usurpat actiuas, ut u. c., non quidem noue, remunerare ep. 123, 5 'remunerare parentes et sufficienter eis tribuere', ut et Rufin. Orig. in Leuit. hom. 16, 1; — *mereri (-re) significatione Hieronymi temporibus iam peruulgata i. impetrare, adipisci (Scrut. p. 45 sqq.) etiam apud ipsum saep. inuenitur, ut in Ezech. III ad 8, 18 'magnae interdum felicitatis est ad praesens misericordiam non mereri', ep. 96, 20 'cum angelis merebimur dominicum pascha celebrare' **), sed ib. inf. solitanea significatione (verdienen): sic merebimur accipere regna coelorum (sc. praebentes nos dignos), et ita quoque saep., ut ep. 3, 5 'ut illi tribuas praemium, quod meretur', 7, 2, in Luc. h. 25 al.; alioqui etiam meritum subst. *i.* dignitas, qualitas, pre-

*) Rufin. pass. et consecutus Orig. in Rom. VIII, 6 'qui post consecutam gratiam peccat', intuitus et contemplatus id. Pamph. pro Orig. 3 in. 'intuitis creaturis eius uisibilibus, fide quoque inuisibilibus contemplatis' (contemplatus et inf. intueri pass. et Amm.), deprecatus Orig. princ. prol. p. 9, supergressus ib. II, 3, 7 (Pall.).

**) Sic promereri ep. 1 ex. 'imperatorem adit, . . sollicitudine promeretur, ut redditam uitae redderet libertati'.

tium adhibet (Scr. p. 46 extr.), ut adu. Jouin. II, 33 'quod non sint eiusdem meriti (Gabaonitae), cuius et Israelitae', 23 'ne dicas in uno corpore diuersa membra unum habere meritum', adu. Rufin. I, 23, cf. Rufin. in Jesu N. h. 11, 2 al., merito *i.* propter (l. l. 47), ut Hier. c. Pelag. II, 24 'ille uirtutum merito Dei fruebatur aspectu, et conscientia peccatorum labia sua fatebatur immunda'; — *nubere abus. de uiro, ut adu. Jouin. I, 49 'quomodo potest.. praecipere castitatem.., qui nupsit?', Vulg., attamen conscius sibi proprietatis uerbi, ut qui dicat in Matth. III ad 22, 30 'nubere proprie dicuntur mulieres et uiri uxores ducere, sed nos simpliciter (i. e. incuriosius) dictum (Mtth. l. l.: neque nubent neque nubentur) intellegamus, quod nubere de uiris et nubi de uxoribus scriptum sit'; — *pandere q. aperire, exponere, ut p, saep., ueluti in Is. IX ad 29, 9 sqq. mysteria pandere Scripturarum, II ad 3, 3; — *pati i. experiri, πάσχειν (Scr. p. 49), ut in Eccl. 10 col. 473 'si quis hoc passus fuerit, non desperet remedium sanitatis', in Is. III ad 8, 20 'qui famem passi fuerint ueritatis'; — *psallere eccl. (S. S., Tert. ieiun. 13) saepe, ut ep. 107, 10 'ut statim post cibum possit legere (orare) et psallere'; — rugire (Suet. fr., Spart., Amm.) in Os. III ad 11, 10 sq. al.; — *scatere **noue** de eo, ut uidetur, quod abruptum atque inconsequens est, in Joel 2, 28 sqq. 'ne sub uno textu consequentiaque sermonis diuersa et dissonans inter se explanatio scatere uideatur', in Gal. III ad 5, 13 (s. u. inconsequenter p. 68 n. 15), ep. 74, 6 'ignosce, si scatens oratio cursu solito non fluat' al.; — *scire minus consuete c. acc. transit. q. nosse (Scr. p. 54) etiam noster saep., ut in Eccl. 11 col. 482 'Dei opera scire non poteris', in Is. III ad 6, 9 'Lucam magis graecas literas scisse quam hebraeas' al., et sim. discere q. noscere, comperire (l. l.), ut adu. Rufin. I, 15 'me nunc primum a papa Theophilo didicisse impietates eius', c. Pelag. III, 4 'sic humana conditio, si paululum se remiserit, discit fragilitatem suam', u. Hilar. 38 'interrogans habitum eius,

incessum et linguam, maximeque aetatem nihil discere potuit' al.; — *secare transl. quälen (ital. *seccare?*), ut Catull. (si quem podagra secat), Mart., adu. Heluid. 21 'quotidie bella nos secant, morbi subtrahunt'; — *sedere pro uehi c. abl. (Scrut. p. 55) reg. Pachom. 110 asino, ep. 108, 7 asello sedens, nisi forte adeo *datiuum* uoluit, ut in Matth. III ad 21, 4 sq. 'aut sedit asinae, et pullus absque sessore fuit', in Dan. 7, 9 quadrigae sedens, cf. ep. 79, 10 'nudum haerere tabulae', in Is. V ad 14, 2 'quod haereo literae, . . tuae est uoluntatis', XIII ad 45, 8 'quidam putant haerere superioribus quae dicuntur', — in ps. 7 'totus terrae haeret' (alia quaedam datiui simili ratione cum uerbis constructi exempla uid. M p. 602, quibus add. figere c. dat. Dict. IV, 19 'sagittis, quae corpori figebantur', Capit. Maximin. 28, 7); — *uideri non, ut solet, i. q. *δοκεῖν* significans, sed *ὁρᾶσθαι*, rarum apud uet., recc. frequentatum (Scrut. p. 57 sq.) Hier. quoque nonnunquam adhibuit, ut u. Paul. 8 'cadauer . . Antiochiam, ut ab imperatore uideretur, allatum est', c. Ioann. 26 'truncus, rami, poma, folia non uidentur in semine, sunt tamen in ratione seminis, quem Graeci *σπερματικὸν λόγον* uocant', in Ez. XI ad 40, 1 sqq. 'uidetur aedificatio ciuitatis, et auditur ordo caerimoniarum', in Zach. II ad 9, 11 sq., ep. 22, 5 et 117, 7 al., Rufin., ut Orig. in Gen. h. 15, 7: respicere non ea quae uidentur, sed quae non uidentur, in Cant. II p. 391 al.

Superaddimus uerborum quorundam per tempora, maxime autem in participia, declinandi formae insolentioris exempla: bibiturus (cf. **D** p. 13) in Is. VIII ad 25, 6 sqq. 'uinum, quod se Dominus cum sanctis suis in regno Patris sui bibiturum esse promisit', XVIII ad 65, 13 sq., in Jer. IV ad 25, 26 al.; — *caniturus* in Os. III ad 14, 2 sqq. 'qui se esse dicunt . . Dei laudes perpeti uoce canituros', Vulg. Apoc.; — comessurus (Plaut. «Pseud. 1126», comessum Trin. «406») in Ez. IV ad 16, 10 comessuri agnum al., cf. comessor p. 29; — *corruiturus* in Mich. I ad 3, 9 sqq.

'Jerusalem uelut aceruus lapidum corruitura', in Dan. 12, 11 (ruiturus Kuehn. gramm. ampl. I p. 495); — *differeris* ep. 147, 1 'an iccirco induratur cor tuum, quia non statim percuteris et differeris ad poenam diu?' (Diom.: feror, feretis, fertur); — *edomatus* in ps. 118, col. 445, Aug. (domatus Petr., S. S.: Rönsch p. 295); — fruiturus in Is. XVII ad 60, 1 principes illius aeterna pace fruituros, in Eccl. 2 col. 404, Cic. s., Vlp., — fruitus in Luc. hom. 10 'Abraam et Isaac et Jacob fruiti misericordia Dei' al., Vlp Dig., inscr., *perfruitus* ep. 96, 9 'regni coelorum possessione perfruiti'; — *maerui* in Is. II ad 4, 1 'cum maeruerint et luxerint portae eius' (Jerusalem ciuitatis), ad u. 2 sq., Prisc. «VIII, 11, 60»: in usu non est maerui (Vop. Car. 1, 4 recte, ut puto, codd meruerit); — *malens*, quod exstare Hier. in Matth. II ad 14, 4 (et ap. Aug.) iam 1874 demonstraui, ep. 108, 19 De-Vit iam sexennio ante demonstrauerat, Neue tamen usquam inueniri pernegat, qui etiam eis quae de formis 'inquio' et 'inquiens'*) **D** p. 85 sq. congesta sunt uti dissimulauit; — *orditus* «in Is. IX ad 30, 1» orditi telam, et inf. pass.: ordita tela, Vulg., Sidon. (u. Gg s. u.); — *parciturus* in Is. IX ad 28, 21 sq. 'quoniam de patientia sua resurrecturus est Dominus et nequaquam parciturus' al.; — prodactus in Jon. 3 'post substantiam prodactam', ep. 147, 1; — *retrusi* adu. Jouin. II, 31 'quos .. in exteriores tenebras retrusisti', N. Tir.; — *rugii* in Os. III ad 11, 10 sq. rugierint .. rugierit, Vulg.; — tentus (tenere) in Is. V ad 17, 11 'quando sperata et paene iam tenta perdideris', Vlp. Dig. XXIV, 3, 22, 7, Amm. XXIX, 5, 53 'ut .. tentus ab Igmazene custodiretur' al. (DV); — uerri «adu. Helu. 20»:

---

*) quod est etiam ap. Hier., ut in Eccl. 3 p. 409 'miror quomodo uir disertus rem ridiculam in hoc loco dixerit, de destinatione, inquiens, et aedificatione domorum Salomonis sermo est', 4 p. 425, quu. hebr. in Gen. 22, 13, in Ezech. XIV ad 46, 12 sqq., in Matth. I ad 1, 18, ep. 52, 8, in Luc. h. 20 (inquientem).

si pauimenta uerrerint; Pacat. conuerrerat, Isid. euerrisse, sed lectione apud neutrum constante, omninoque ambigebant grammatici (DV), uerro faceretne uerri (Charis., Prisc.) an uersi (Seru.) an perfecto careret (Macr. diff., inc. de uerb.). Cf. p. 117 ann. ad commolere. Inueniuntur sparsim in Hieronymi scriptis futuri compositorum uerbi *ire* formationis uulgarioris in *-ies, -iet*.. exempla, ueluti exies in Luc. h. 35, exiet in Is. XIV ad 51, 4 sq., introiet adu. Lucif. 5, praeteriet in Is. X ad 31, 6 sq., prodiet ep. 106, 45, disperiet in Is. V ad 16, 3 sq., quae forsitan non Hieronymianae sint latinitatis, sed transsumpta de S. S. uet. (Rönsch p. 292 sq.).

Familiaris est Hieronymo aliorum exemplo recc. perfecti magisque plusquamperfecti pass. ulteriore modo (HA p. 81 sq.) usus, cuius exempla satis habui apposuisse haec: in Is. III ad 6, 5 'non fuit ausus laudare Dominum, quia labia habebat immunda', quu. hebr. in Gen. 11, 29 'necdum inter patruos et fratrum filias nuptiae fuerant lege prohibitae, quae in primis hominibus etiam inter fratres et sorores initae sunt', adu. Jouin. II, 15 'posse nos per ieiunium redire in paradisum, unde per saturitatem fueramus eiecti', u. Hilarion. 43 'interrogauit Hesychium, quomodo fuisset adductus', ib. 24, ep. 21, 22 et 38, ep. 36, 2 ex. et 6, 37, 4, c. Pelag. I, 39, III, 15, adu. Jouin. I, 17 s. f., in Ezech. hom. 12, 5.. Aeque Rufin. saep., e. c. Orig. in Leuit. hom. 4, 8: nondum mundata fuerat, nec quae perfecta sunt apprehenderat.

De participiis pass. -ndus terminatis, cum proprie sint praesentis, in posteriore latinitate ad futuri temporis significationem transgressis*) disputauimus HA p. 85 sqq. Exempla

*) Quae artium gramm. scriptores quidem, quorum nullus quarto anterior est seculo, omnes futuro tempori assignant, ut Cominian. ap. Charis. II, 12 p. 180 K. 'a passiuo duo (participia), praeteriti temporis et futuri, ut scriptus, scribendus' (cum Charisius ipse p. 179 'participiorum alia ad praeteritum tempus referuntur, ut limatus, scriptus, alia ad instans, ut limans, scribens, alia ad futurum, ut limaturus, scripturus' formas in -ndus praetermittat), Diom. I p. 402, Donat. II,

Hieronymi cum ceteris, quae subinde collecta iam alibi pleraque exhibuimus, hoc loco, temporis, prouti potuit, ordine seruato, composuimus: Lampr. Alex. 43 ex. 'consulentes sacra reppererant, omnes christianos futuros, si id fecisset, et templa reliqua deserenda' (i. desertum iri), Vop. Tacit. 12 'in antiquum statum redisse rem. p., leges a senatu petendas, reges barbaros senatui supplicaturos, pacem ac bella senatu auctore tractanda', Spart. Pesc. 10 'iussit publice commendarent (nummos suos), recepturi post proelia, quod dederant, addens, liberis certe reddendum, cui uenisset' (sc. iure hereditatis), Capit. Alb. 5 'nobilitandum (filiolum suum) etiam hinc sperans', id. Maximin. 22 'etiam deum Belenum per haruspices respondisse Maximinum esse uincendum', Vop. Tac. 7 'cum rumor emersisset, illum imperatorem esse faciendum, discessit atque in Baiano duobus mensibus fuit', Spart. Pesc. 3 'Seuero (longum imperium deberi,) qui magis esset odio habendus, quod probauit euentus', Treb. trig. tyr. 21 'quadrigae, quasi transferendae, alibi positae sunt', et ita saep. scrr. hist. Aug., ut Spart. Hadr. 3, 10, Jul. 3, 7, Geta 3, 6, Carac. 1, 2, Lampr. Hel. 9, 2, Alex. 6, 2 et 13, 7, Diad. 2, 8, Capit. Alb. 3, 1, Ant. Phil. 6, 5, Treb. Valer. 8, 4, Gall. 19, 7, trig. 11, 3, Vop. Prob. 23, 3; — Jul. Valer. II, 2 uerba Ps. Callisthenis *λέγει· αἰσθήσεται ἡμῶν τῶν καθηγητῶν καὶ αἰδεσθήσεται ὑμῶν τὰς ὄψεις βλέπων* sic interpretans: ait memorem illum magisterii uestri . . et pudore flectendum et reuerentia molliendum uultusque ipsos nostros minime aspernaturum; — Amm. XXV, 8, 9 'quibus mandauerat princeps, ut Lucillianum socerum suum properare Mediolanum urgerent res firmaturum ancipites et, si casus noui

---

14 'a passiuo duo, praeteriti temporis et futuri, ut lectus, legendus', Prisc. XI, 28 p. 567 H. 'futuri unum actiuum in -rus desinens, ut criminaturus, et unum passiuum in -dus, ut criminandus', addens participia in -dus desinentia etiam nomina esse posse, cum amittant tempus, ut amandus *ὁ φιληθησόμενος* et *ὁ φιλητέος* etc.

quidam exsurgerent, opponendum' (i. ut.. firmaret et.. se opponeret), XXVI, 9, 5 'profligato uebuloni destituendo iam et casuro', XX, 8, 20 'uelut praesagiens concitandos motus ob militem accitum consulto discesserat Viennam', ib. 11, 24, XV, 5, 26, XXIV, 2, 5, XXV, 4, 25 et 8, 5, XXVIII, 1, 42, XXIX, 6, 10 al.; — Eutr. I, 16 'promittentes senatui et populo per se omne certamen implendum'; — Veget. r. mil. III, 3 'quos fame sperant esse uincendos'; — Symmach. ep. I, 39 'scio literas meas tibi sero reddendas' et saep. (Neue Formenl. II² p. 386); — Hieronym. epist. 21, 35 'ipsi tibi es haedum immolaturus et.. eius carne saturandus', ep. 96, 15 'dicit corpora quae resurgunt post multa secula in nihilum dissoluenda nec futura aliquid' (ib. inf.: si post resurrectionem corpora redigentur in nihilum..) et in eod. capitulo aliq.; ib. 6 et 7 et 8 bis et 9 et 10, ep. 18, 7, ep. 22, 32, ep. 65, 13, ep. 119, 2 'sancti, qui die consummationis atque iudicii in corporibus reperiendi sunt, cum aliis sanctis, qui ex mortuis resurrecturi sunt, rapientur in nubibus obuiam Christo in aera', ib. 4 'quosdam non esse morituros et de praesenti uita rapiendos in futuram', ib. 7, uit. Hilar. 44 'eum dixisse iam se ad Dominum migraturum et de corporis uinculis liberandum', c. Ioann. 37 'pollicetur se.. uenturum Ierosolymam, et ad aduentum suum illico aduersariorum cuneos proterendos', in Is. XV ad 54, 9 sq. 'iuro ecclesiae meae,.. nequaquam me iratum fore his quorum misertus sum, nec meam clementiam ulla increpationis duritia commutandam', XVII ad 60, 19 sq. 'ut, quae chiliastae carnaliter asserunt esse complenda, nos spiritualiter futura esse credamus', in Jer. VI ad 31, 38 sqq. 'et ibi dicunt.. templum esse condendum mansurumque in perpetuum', in Eph. III ad 5, 25 sqq. 'cum sciat illam in resurrectione saluandam et uisuram esse salutare Dei', in Ezech. X ad 31 'non mireris, si a Babyloniis sis uincendus atque periturus et tuum perditurus imperium', in Soph. 2 col. 713 B,

c. Pelag. I, 28 'si Origenes omnes rationabiles creaturas dicit non esse perdendas, et diabolo tribuit poenitentiam', II, 19, adu. Jouin. I, 43 'Hasdrubalis uxor cum se cerneret a Romanis capiendam esse'. 45 in., in Eccl. 12 col. 484 'quidquid delectabile, . . eo abutatur, ita tamen ut se nouerit in omnibus iudicandum', in Is. XI ad 37, 33 sq. al.; — Rufin. Orig. in Gen. hom. 2, 5 'in aspidum cauerna puerum paruum . . missurum manum et nihil laedendum', id. Orig. in Rom. IV, 1 'dandum sibi credidit filium', ib. 4 p. 252 Lomm. 'qui sperant sibi a Deo iustitiam reputandam', id. apol. adu. Hier. I, 8 'ecclesia . . neque . . incorruptionem futuri regni dicit a corruptione possidendam', ib. 10 'in qua (restitutione omnium) non solum omnes peccatores absoluendos, sed et ipsum diabolum et angelos eius quandoque dicit relaxandos esse de poenis', id. Orig. in Jesu Naue h. 11, 2 in., id. Pamph. pro Orig. 5 p. 354 al.; — Sulpic. Seu. chron. I, 11, 5 'erant in eadem custodia ministri regis duo, qui cum somnia sua ad Joseph retulissent, unum eorum poenas capite luiturum, alium absoluendum pronuntiauit', II, 33 'sacris uocibus, decem plagis mundum afficiendum, pronuntiatum est', I, 6, 1, u. Mart. 16, 4 'confido, quod per te reddenda sit sanitati', 23, 11; — Oros. hist. VII, 39 'illa (aurum argentumque) mox proferendum spopondit, ac protulit'; — Vict. epit. 44, 2 'patri praeceptum somnis est, eum, qui iam instante uxoris partu edendus foret, diceret Jouianum', ib. 14, 5; — Cod. Theod. VII, 1, 13 (impp. Grat., Valentin. et Theodos.): ut unus quisque tribunus agnoscat graui se subdendum esse supplicio, in cuius parte neglectum probabitur . . imperatum, cf. ib. l. 17 et 18, t. 2, l. 2; — Macr. Sat. I, 10, 13 'ne commodum primae occasionis, cum se domum reciperet, offerendae (i. se oblaturae) aspernaretur', — Cassian. coen. inst. X, 4 'ut dextra laeuaque si paululum deflectamus sciamus nos perniciosis mox cautibus illidendos'; — Sidon. Apollin. (unum locum cit. Neue l. l.); — Cassiod. in ps. 78, 6 'sciebant se a Do-

mino minime deserendos', ib. ad 9, in 93, 14, in 36, 29, in 77, 59, in 86, 7 (**D** p. 177 ann.); — Fulg. Rusp. ep. de duab. quaestt. ad Ferrand. 3 'qui non crediderit, sine dubitatione damnabitur, .. omnes haereticos non dubium est damnandos'; — Greg. Tur. hist. Franc. III, 21 'legatos mittit dicens, nisi se illi subdant, omnem locum illum incendio concremandum, eosque qui ibidem resident captiuandos'.

Exegimus, quod impraesens propositum erat, dictionarii cuiusdam Hieronymi, ut ita loquar, nouiciani delineationem, quam tamen tantum abest ut pro perfecta uenditemus, ut eam et suppletione indigere et proficiente lexicographia correctionibus ingenue profiteamur. Quid quod iam nunc quaedam et addenda esse uidemus et corrigenda. Etenim subindenda sunt in laterculos p. 55: [52a]**promptulus**, quod quidem inter describendum excidit, et e nostris ad lexicographiam latinam symbolis haec: p. 7: [76a]euacuatio (**3** n. 13), [80a]**excessio** (**D**), [81a]*excruciatio* (**4**), p. 9: [161a]*reparatio* (**4****, et Rufin. in Rom. IV, 7 mundi al.), p. 10: [182a]suscitatio (**3**), — p. 31: [96a]**thesaurizator***), — p. 49: infantili*ter* (**D**), — p. 62: [20a]**improducibilis**, p. 63: [45a]**producibilis** (**D**), — p. 67: [7a]desideran*ter* (**3**), [7b]differenter (ib.), — p. 75: [6a]**magnisonus D** (ib. ad pusillanimis add.: longanimis **3**), — p. 77: [11a]**imbenignus C**, — p. 97: **stultificare D** (cf. p. 158 n.* et **). Addimus porro hic, quibus loculos non habebamus, aduerbia denom. coelitus (App., Cypr., Lact.) u. Paul. 3 'coelitus inspiratus', Rufin. saep., ut Or. in Leuit. h. 7, 4 'rerum scientia c. docetur apostolus', postt., — et solummodo (Dig., Minuc.) Didym. spir. sanct. 2 'solummodo in nostratibus literis et notio eius (Spiritus Sancti) et uocabulum infertur', Rufin. Orig. in Jud. h. 3, 1, in Ps. 36 h. 1, 4

*) Ad p. 33 l. 10: eruditor u. Hilar. 14, Rufin. in Exod. h. 11, 2 'Deus eruditor infantium' al., Aug. c. Jul. II, 16, 34 eruditor uester Pelagius.

al., — praeterea *subrepente.* Particularum q. d. usum alio loco disseruimus.

In designandis per literarum formas temporalibus quibusdam, in quantum id fieri potest, uocum differentiis diligenter sane egimus et circumspecte, sed pro lexicographiae statu praesenti. Nam quo magis excussae erunt a lexicographis posterioris literaturae copiae adhuc plus licito neglectae, eo plura in his quoque nostris corrigi poterunt ac reformari. Nimirum iam nunc uideo quaedam in hoc genere esse immutanda, e. c. non pinguiusculis literis scribenda, sed obliquis diductis: p. 68 *impoenitens*, utpote quod habet etiam Rufin. in Rom. II, 4 'cor impoenitens', p. 63 inconuertibili*ter* (Rufin. princ. II, 6, 5) et alia, quae inferius correxi. Non fere admisisse nos in laterculos praediximus uoces, quas in S. S. uet. fuisse sciremus, obrepserunt tamen etiam inconsulto pauculae quaedam, ut p. 108 confortare.

Relectis post Hieronymum Rufini scriptis eis quae sub manu erant (nam quae desiderabam nec impetraui) ex comparatione intellexi in aliquanta differentia saluaque sua utrique proprietate permagnum tamen duorum aduersariorum esse concentum tam in sensibus quam toto in genere eloquendi. Nec sane admodum mireris allegorico historias S. S. interpretandi modo consentire eiusdem Origenis alterum excerptorem (cf. Rufin. apol. II, 31), alterum translatorem, nec lingua uerborumque usu consonare coaetaneos aequaliterque disciplinis grammaticis eruditos. Quare pro instituti nostri ratione, qua non Hieronymi per se, sed per ipsum linguae contemporalis appetitur in cognitionem qualitas, melius profecto fuerat, si, quemadmodum facere cogitamus in usu syntactico Hieronymi disserendo, ita in hac quoque parte uerborum usum perscrutantes per singula ab initio Rufini coniunxissemus usum. At nunc totum in calce retexere consonantiaeque in uerbis exempla quae collecta habemus plurima hic loci subinferre haesitamus. Non enim selectis pauculis*) quidquam proficitur, omnibus testimoniorum de

*) Vt sunt instrumentum pro testamentum (p. 41) Rufin. Orig. in Ep. ad Rom. I, 18 uetus, apol. II, 33 diuinum, principale cordis (p. 50) Rufin. Orig. in Exod. hom. 9, 4 'pars .. in eo .. pretiosissima omnium, quod quidam principale cordis appellant, alii rationalem sensum (Vernunft) aut intellectualem substantiam, uel quocunque modo appellari potest in nobis portio nostri illa, per quam capaces

Rufino accedentium centuriis opus est simul consideratis, ut quatenus parilis sit in utroque scriptore consonusque temporum character*) perspiciatur ac diiudicetur. Immo uero illa quidem subrelinquenda

esse possumus Dei', in Rom. IX, 23 'caput (Rom. 12, 20) uero principale cordis appellatur, et merito caput dicitur, cuius intellectu et prudentia membra reguntur uniuersa', VII, 18, Orig. in Cant. I p. 332 sq. al.

*) Enimuero etiam differentiae in uerborum quoque dictionumque delectu comparent utrimque non paruae, sed arbitrariae fere, quod genus perexsequi nostri non est instituti. Obiter tamen annotamus, 1) dictiones quasdam, quibus Hieronymus aut a) omnino non utitur, aut b) rarius, e contrario Rufino esse ita familiares, ut quasi pro quibusdam stili eius signaculis haberi possint, rursus haud pauca esse, quae temporum abusioni indulgens Hieronymus quidem adhibere solet, Rufinus aut a) plane fastidit, aut b) raro admittit. Exempla e pluribus pauca apponimus haec: 1a nihilominus = um nichts weniger: ebenso in Gen. hom. 3, 5 'quodsi circumcisionem labiorum ad allegoriam reuocatis et circumcisionem aurium nihilominus allegoricam dicitis et figuralem, quomodo non et in circumcisione praeputii allegoriam requiritis?', in Num. h. 17, 1 'serpentium uenena depelli medicamentis nihilominus confectis ex serpentibus', in Gen. h. 1, 16, h. 11, 3, h. 12, 3, h. 14, 1, h. 16, 3 et 4, in Num. h. 10, 1, h, 16, 7 p. 193 et ib. 9, h. 17, 5, h. 24, 2 p. 300, h. 28, 1, 2 et 4, in Jud. h. 5, 3 et 6, 2, in Ps. 36 h. 3, 6 et 12, in Cant. prol. p. 258, II p. 388 et 411, III p. 4 et 43, Pamph. pro Orig. p. 387 et saepe al. (= nichtsdestoweniger, ut uulg., in Ps. 36 h. 4, 7); — freq. tum adiecta ex abundanti deinde: tum deinde uel tunc deinde, ut in Ps. 36 h. 3, 6 'incipientes a grammaticis ediscere carmina poetarum.., tum deinde transire ad rhetoricam', h. 4, 1, in Ps. 38 h. 1, 5, in Gen. h, 7, 3, in Jesu Naue h. 16, 5 et 19, 2 bis, in Jud. h. 5, 1 et 6, 2, in Rom. VIII, 10, Pamph. pro Orig. p. 306 sq., p. 310, p. 361, p. 401, p. 406 al.; tum deinde et Liu. «II, 8, 3» (tum inde «XXIV, 27 in.»), Val. Fl., Plin. «XI, 47, 131»: canities homini semper a priore parte capitis, tum deinde ab auersa', ib. «87, 216» al., Tert. apol. 9, saep. Arn., ut V, 23 (cf. Hildebr. ad l.), sim. postea deinde Cels., Val. Max., Lact. inst. II, 13, 11 (Bünem. ad l.), post deinde Ter., Cic. ep., Arn. II, 12, post inde Enn., Lucr., Vop. Prob. 24, 8, deinde postea Cic., Liu., Lampr. Alex. 6, 2, cf. Kühner gramm. lat. ampl. § 242, 6 (Rufin. in Num. h. 13, 7 'idcirco igitur tali uia utitur', cf. ergo igitur App. Met. I, 5 ex., itaque ergo Arn. VII, 12 et sim.); — participium *i.* participatio, de quo u. inf. p. 158 sq.; — dumtaxat i. quidem, scilicet (Hand Turs. II p. 338 sq., qui cit. Quint., Tac., Vopisc.), ut in Cant. II p. 368 'quod apud eam (reginam Sabae) et apud doctores eius, gentiles dumtaxat, incertum semper manebat', III p. 5 'haec sponsa dicit, anima dumtaxat, quae..', ib. p. 21 'uideamus et alium adhuc ordinem caritatis, eius dumtaxat, quae erga proximos haberi uidetur', ib. p. 6, p. 39, p. 53 sq. al, — nonnunquam *nullatenus* et *ullatenus* (de quibus uid. B n. 13, D p. 276 n. 89), ut apol. I, 17 'qui..criminari ea nullatenus potuissent', ib. 24, in Jesu Naue h. 15, 6 al., in Ps. 38 h. 1, 5 'neque sensus doloris ullatenus recipit' al. (qua abusione apud inferiores peruulgata Hieronymus plane abstinuit ac prope etiam

sunt indiculo, quem huic libello superaddere nos posse speramus. Sed in complementum quoddam uocabularii nostri Hieronymiani exempla uocum nouiciarum, quas cum apud Hieronymum non animaduerterim apud Rufinum inuenta enotauimus, eodem, quo Hieronymiana, modo digesta, nec non eadem compendiosa per literarum formas usus distinctione (nisi quod pinguiusculis dehinc abstinuimus), infra descripsimus (non admittentes fere eas, quas in S. S. uet. sciebamus esse, nedum eas, quas in Vulg., pauculis tamen exceptis, quas cum perpaucis quibusdam aliis non proprie ac plane nouiciis, notatu tamen dignis distinctas minusculis formis per genera singula superadiecimus):

alternatio (App., Arn.) Orig. in Cant. III p. 48 Lommatzsch *talis ei* (grano sinapis) *composita est alternatio naturae, ut cum mi-*

Augustinus); — *aliquanti* (p. 85), ut apol. I, 23, 40, 41, in Ps. 36 h. 1, 2 al.; — 1[b] fortassis (Scrut. p. 71), ut Hier. adu. Rufin. II, 8 'fortassis et nonnullos alios', saepe Rufin., ut in Rom. II, 8 'fortassis et, quod Deus unus creator sit omnium, scriptum est in cordibus gentium', in Ps. 38 h. 1, 8 'ita fortassis est uitae nostrae.. finis quidam, propter quem geruntur omnia, quae geruntur in uita nostra', in Rom. I, 3, III, 4, in Exod. h. 8, 3, in Leuit. h. 5, 3, in Cant. II p. 412.. (indifferenter coniunctim 'et fortassis.. et fortasse..' in Cant. III p. 48); — 2[a] iuxta pro secundum (cf. interim Hand Turs. III p. 642), quo uix quidquam ap. Hier. frequentius, ueluti e. c. adu. Jouin. II, 33 'singuli iuxta uires suas', ep. 96, 7 'si iuxta Origenis insaniam.. Christi regnum est finiendum', ep. 52, 4 'iuxta prophetam Zachariam'.., ap. Rufin. adhuc non inueni, nec magis impraesentiarum, frequentatissimum et ipsum Hieronymo, ut e. c. in Eccl. 3 p. 409 'plangendum est impraesentiarum, ut postea saltare ualeamus', Did. spir. snct. 59 'cum impraesentiarum (h. e. in loco Amos 4, 12) spiritus nomen uentum sonet', — ne forsitan, si forsitan, ut adu. Vigil. 13 'confiteor timorem meum, ne forsitan de timore descendat', in Ezech. V ad 17, 19 sqq. 'si forsitan ob aliquod peccatum de domo Dei eicimur', huiusmodi absol. (p. 80), porro nusquam uocem familiarissimam Hieronymo * laciniosus (p. 52) et alia; — 2[b] necdum pro nondum (Scr. p. 64 sq. et 11*, M. p. 599), cum ap. Hier. usquequaque obuium sit, ut e. c. adu. Jouin. I, 47 'cum mihi mulieres Apostoli ingerant auctoritatem, et necdum elato funere prioris uiri digamiae praecepta decantent', apud Rufinum uix usquam inuenitur, nisi tamen in Cant. III p. 28 'istos, qui solo odore gaudent et necdum fructus fidei afferunt', nam prol. in Cant. p. 320 'rex esse dicitur in Israel, necdum in Hierusalem' necdum uidetur esse = sed nondum; — alterutrum instar pronom. reciproci (p. 79) bis ap. Rufin. inueni in Rom. III, 6 'ita ad alterutrum dicunt', in Symb. pr. 2, ipse pronominis *pro* idem abusioni multo quam Hier. (p. 87), temperantius ac rarius indulsisse Rufinum, ut in Cant. II p. 371 'ipse numerus annorum (h. e. 120) et Mosis uitae fuit', in Rom. VII, 1, in Num. h. 17, 3, fortasse in Rom. IV, 2, id ipsum in Rom. VII, 2 'quod addit 'Abba' (h. e. quod dicit Rom. 8, 15 Abba, Pater) patriae linguae uocabulo idipsum iterauit, uelut si dixisset: 'Pater, Pater!', et sic alia.

nimum sit omnium seminum, maius fiat omnibus oleribus; — *attitulatio* **C** p. 25; — *absolutio *al.* pro solutio Orig. in Rom. V, 7 absolutionem citam quaestionis, III, 7, Orig. in Gen. hom. 2, 1 (quaestiones proponentes..) *etiam absolutiones earum..requiramus* al., (Hilar.), intpr. Iren. (**A** p. 1*, cf. tamen et **9** ad nr. 75); — *allegatio trnsl. (App., ICti, Mar. Vict.) in Rom. IX, 41 allegationes innocentium; — *circumflexio* in Rom. II, 14 (quod sequitur minus quidem composite uidetur esse adiunctum..) *tamen tali quadam circumflexione superioribus id aptare tentabimus,* Macr., — *cognominatio* Pamph. pro Orig. p. 439 *ut salutare baptisma non aliter nisi.. Patris et Filii et Spiritus Sancti cognominatione compleatur,* Macr.; — *collibratio* **C** p. 26, cf. collibrare (Cat. r. r.) in Gen. h. 2, 6 'quod in iis nequaquam uita et sermo collibret'; — collisio (Justin., S. S. Macc., all.: **2**) Orig. in Ps. 37 hom. 2, 6; — constrictio **3** p. 615, cf. **D** p. 267; —
10 *cubitatio* **A** p. 8*; — dedecoratio in Rom. II, 13 p. 137 L.; — *derogatio transl. in Ps. 38 h. 2, 6 *cum aduersum nos uel derogationum uel conuiciorum uel probrorum tela iaciuntur,* Orig. in Leuit. h. 9, 7, in Rom. VI, 4; — *excolatio* **A** p. 12*; — exoratio (decl. trib. Mar., Sirac.) in Leuit. h. 13, 3, Aug.; — *examinatio transl. (**D** p. 285) in Rom. IX, 41 tanta futurae examinationis indago, X, 35: ex quibus (diuinis literis) solis huiusmodi examinationis agnoscenda discretio est (cf. **9** ad nr. 75); — fructificatio **2**, cf. **3**; — *fuscatio* in Cant. II p. 376, gl.; — *imperfectio* in Cant. II p. 419, Aug. (cf. **9** ad u. incircumcisio); — *inoperatio* **3**; —
20 interminatio in Rom. IV, 4 *nulla legis interminatione deterritus,* cf. **4****; — intuitio in Gen. h. 1, 7, in Ps. 37 h. 1, 2 s. f. al. (**5** et **D** p. 274); — *inustio* (Jul. Val.) Orig. in Jesu Naue h. 10, 1 *non absque alicuius notae inustione,* h. 5, 6; — *indignatio Entzündung (**A**, Scr. p. 22) in Rom. II, 6 *ut..huius* (uulneris) *tumor et distentio indignatio uulneris appelletur;* — *meretricatio* **2**, cf. inf. 161; — *obluctatio* in Cant. II p. 387; — *obtectio* in Leuit. h. 5, 5 *absque aliqua obtectione cernuntur* al. (**B**); — *obturbatio* **D** et DV; — obtusio in Rom. VIII, 11 cordis; — praecantatio (Solin., Qtl. decl.) in Jesu Naue 20, 1; —
30 *praeformatio* **3**; — praenuntiatio in Gen. h. 17, 1 futurorum al., Aug.; — *praeuentio* **D**; — *recapitulatio* in Leuit. h. 6, 2 ἀνακεφαλαίωσις, *hoc est recapitulatio,* Aug., postt. (cf. p. 101 ann.); — *remoratio* **D**; — *repletio* in Gen. h. 12, 3 *unde mihi uidetur..repletio dierum ortum perfectae sobolis indicare* (resp. Gen. 25, 24: et impleti sunt dies eius ut pareret); — *repropitiatio* **B** et DV; — *spretio* **2**; — structio in Ps. 38 h. 1, 8 *structionis finis domum facere;* —
39 subreptio in Num. h. 20, 3 *si non subreptione aliqua, sed studio affectuque peccamus,* in Gen. h. 4, 6 *argutis uerborum subreptionibus* al.;

— S. S.: iubilatio **2**, Vulg.: annuntiatio (Arn., Lact.) in Cant. III p. 43, coinquinatio **2** et **3**, pA: crematio (Plin. s.) Leuit. 6, 9 ap. Rufin. in Leu. h. 4, 6 'holocaustum in crematione sua erit super altare tota nocte', Prud., manatio (Frontin., Marc. Empir.) in

Rom. I, 5 'manatio gloriae Omnipotentis purissima' (Emanation), Aug. (**3**)*); — 40 *aborsus*, us in Cant. III p. 53 seruare partus, ne in aborsum decidant, in Exod. h. 10, 2 al. (**2**)**); — *primitiuatus* **B**; — *suffultura* **2**; — *compulsor* in Exod. h. 1, 5 bis (Amm.), Aug., C. Th.; — *introductor* (**4**); — *mediatrix* in Rom. III, 8 *ipsa quodammodo mediatrice,* Aug., pstt. (mediator Rufin. in Cant. II p. 419 et saep.); — *praestator* Pamph. pro Orig. p. 371 *uerus Deus, qui, ut ita dixerim, praestator est deitatis:* — *repropitiator* **B** et DV, cf. sup. 36, repropitiare in Leuit. h. 5, 4, h. 7, 2 al.; — *sepultor* in Gen. h. 15, 4, Aug.; — *suffultor* **C**; — 50 transmissor in Jesu N. h. 23, 1 al. (**3*** p. 18); — instinctor (Tac., — Amm.) in Jesu N. 1, 6 instinctores horum malorum, praebitor (Cic. s., — Ambr., Chalc.) Pamph. pro Orig. p. 325 imbrium, inscr.; — 51 *corruptibilitas* in Cant. II p. 383 al. (Ambr.), Aug.; — capacitas *transl.* in Cant. III p. 55 *ad cuius* (Trinitatis) *capacitatem..nullus ascendit;* — improprietas prol. in Cant. p. 308 *uerborum dictorumque rationes proprietatesque et improprietates;* — *improsperitas* **A** p. 14*; — *incapacitas* (Philastr.) in Leuit. h. 4, 1 *secundum incapacitatem audientium;* — *indocibilitas* **A** p. 15*, cf. inf. nr. 117; — *inseparabilitas* **3*** p. 11; — *inuisibilitas* **c** p. 12; — *nodositas* in Cant. II p. 433 diuinarum sententiarum (**3*** p. 12); — 60 *notabilitas* in Rom. IV, 2 *non carnis originem, sed notabilitatem fidei requirendam;* — pretiositas **1**; — sempiternitas **3**; — 63 *uisibilitas* apol. I, 4 et 18; — S. S. (et Vulg.): *fraternitas* in Rom. IX, 24, incorruptibilitas in Rom. II, 14 al. (**3**), — immensitas (Cic. — Arn.) in Cant. III p. 30 et saep. (**1** et **3**); — 64 *indago transl., ut Pamph. pro Orig. p. 311 *affirmationibus, uel his quas in sanctis Scripturis inuenerit, uel quas ex consequentiae indagine..repererit,* in Num. h. 1, 2 al.; — *libramen* in Cant. II p. 379, Max. Taur., postt.***); — S. S. *abominamentum* in Leuit. h. 5, 10, Oros., Gaudent., cf. **D** p. 283, Vulg.: *adiuramentum* in Num. h. 13, 7 p. 155; — 66 *proteruia* in Num. h. 20, 3; — *subiacentia* **D**; — *subsistentia* Pamph. pro Orig. p. 316 *unam eandemque subsistentiam Patris ac Filii* et saep. (**c** ind. s. u.); — efficacia (Plin., — Amm.) in Cant. III p. 47 'de uirtutibus et efficacia uocis Dei', in Rom. VIII, 2 al., — 69 *recaluities* **C**; — 70 participium *q. pro* parti-

*) Scrib. p. 5 nr. 15 *annumeratio* (cf. Rufin. in Leuit. h. 3, 6), p. 9 nr. 143 *pollutio* (Rufin. in Leuit. h. 11, 1 'separa te ab omni pollutione peccati' al.).

**) Scr. p. 25 nr. 8 *recubitus* (Rufin. in Cant. II p. 427.)

***) Rufinus etiam, sicuti Hieronymus, libenter eas quoque in -men exeuntes formas saepius adhibet, quae apud uett. poetici magis noscuntur fuisse usus, ut sunt e. c. libamen in Leuit. h. 4, 7, in Jesu N. h. 2, 1 (plur.), luctamen in Rom. I, 18, in Jud. h. 6, 6 et saep., moderamen in Gen. h. 3, 2 al., munimen in Exod. h. 5, 5, solamen in Num. prol. p. 10, uelamen in Exod. h. 9, 3 al.

